ſcriptis. Ita tñ ꝙ penes ipſum dantē: dominio. ꝓprietate: ac poſſeſſione ip‑ſius pecunie cū libera ptāte reuocādi ſibi pecuniā ipſaȝ ſemꝑ vſqȝ ad ꝯuer‑ſionē ipſius in rē deputatā: plene. libere: ac integre remanētibus: in ipa pecu‑nia nihil oino frēs iuris habeant: nec ad miniſtrationē ſeu diſpēſationē: nec ꝯtra ꝑſonā nominatā ab eis: vel non noiatā: cuiuſcunqȝ ꝯditionis exiſteret in iudicio vel extra actionē. ꝓſecutionē: aut aliquod aliud ius qualitercun‑qȝ ꝑſona ꝑdicta in cōmiſſione huius ſe hēret. ¶ Liceat tñ fribus ſuas ne‑ceſſitates inſinuare: ac ſpecificare: vel exponere ꝑſone ꝑdicte: ac eaȝ rogare ꝙ ſoluat. Poſſint etiam ꝑſonaȝ eandē exhortari: ac inducere: ꝙ fidelr in re cō‑miſſa ſe habeat: ꝛ anime ſue ſaluti in commiſſa ſibi executiōe prouideat: ita ꝙ ab omi eiuſdē pecunie adminiſtratione: ſeu diſpēſatione: ꝛ ꝯtra ꝑſonam ꝑdictam actione ꝛ ꝓſecutione (vt ꝑdictum eſt) frēs abſtineant omnimodo. ¶ Si ꝟo ꝑſonam huiōi nominatā: vl' non nominatā a fratribus quo min⁹ ꝑ ſe poſſit exequi quod ꝑdicitur contigerit ꝑ abſentiā. infirmitatē. volun‑tatē: ſeu locoꝝ diſtantiā ad q̄ ipſe nollet accedere: in quibus eēt ſolutio ſeu ſa‑tiſfacio faciēda: vl' occaſione alia ꝑpediri: liceat fratribus cū conſciētie puri‑tate: quantū ad vnā aliā ꝑſonā ſubrogandā ad ꝓmiſſa: in noiando ꝛ alijs: ſi ad primū dantē non poſſint: vl' nollēt hr̄e recurſum: cū iſta ꝑſona facere ſi‑cut cū prima ſupra proxime declaramus eis licere. Duarū eñ ꝑſonaruȝ mi‑niſterijs ꝑ viā ſubrogationis: vt dictū ē: cōmunius ꝛ generalius videt̄ poſ‑ſe in ꝑdictorum executione ſufficere: cum ꝑdicta ſatiſfactio ꝓſumat poſſe ce‑leriter expediri. Si tñ interdum propter locorum diſtantiam in quibus eēt ſatiſfactio faciēda: ꝛ conditiones ſeu circunſtantias alias caſus emergeret: in quo videretur pluriū ꝑſonarū ſubrogādarū miniſteriū opportunum: li‑ceat ipſis fratribus in hoc caſu: iuxta negocij qualitatē: ꝓuato modo ꝑdi‑cto: plures ꝑſonas aſſumere. nominare: ſeu ꝓſentare ad iſtud miniſteriū exe‑quēdū. ¶ Et quia oportȝ ꝛ expedit fratrū neceſſitatibus non ſolū pro qbus iam eēt ſolutio ſeu ſatiſfactio faciēda: vt ſupra proxime dictuȝ ē: ſȝ ex immi‑nētibus: ſiue tales neceſſitates ingruētes immineant q̄ breui tēpore expediri valeant: ſiue tales: lȝ pauce cōparatiue: quarū prouiſio neceſſario tractū tēpo‑ris hȝ: vt in libris ſcribēdis. eccleſijs: ſeu edificijs ad vſuȝ habitationis eoꝝ conſtruēdis libris ꝛ pannis in locis remotis emēdis: ꝛ alijs ſimilib⁹: ſi qua occurrerint: cū moderamine ſupradicto ſalubriter prouideri: ſicut in iſtis neceſſitatibus clare diſtinguimus: ſic in eis frēs poſſe tute ꝛ ſana conſciētia procedere declaramus: vcȝ: vt igruēti vel imminēte neceſſitate q̄ breui tē‑pore: vl q̄ interdū ex aliquibus circunſtantijs non ſic breui: vt ſupra in pri‑mo caſu dictuȝ ē: valeat expediri: tam quo ad dantē eleemoſynaȝ: q̄ꝫ quo ad nominatū vl' ſubſtitutū: in oibus ꝛ ꝑ oīa: ſicut in articulo ſolutionis pro neceſſitatibus ꝑteritis faciēde ſupra proxime declarauimus ꝓcedatur. In ea ꝟo neceſſitate quantūcunqȝ ꝑſentialr ingruēti: q̄ tñ ex qualitate ſui: vt ꝑ‑dicitur: tractū tēporis hȝ annexū: quia in eo caſu veriſimile ē ꝙ tūc ratione diſtātie locoꝝ q̄ꝫ expeditio neceſſitatis ipſius ex ſui ꝯditiōe reqreret: tūc etiā circūſtantiaꝝ ipſius neceſſitatis rōne pēſata: freqnter a caſus acciderēt: in q‑bus ad expeditionē neceſſitatis huius oporteret ꝙ ꝑ diuerſas manus ꝛ ꝑſo‑

Nota modū ꝑ neceſſitatibus futuris.

ſtas tranſiret pecunia neceſſitati hmõi deputata:quaꝝ omniũ pſonarũ im-poſſibile quaſi eẽt dñꝫ principalẽ ꝓ ipſa neceſſitate pecuniã deputantẽ: ſeu etiã ſubſtitutũ ab eo:⁊ tertiũ etiã ab ipſo ſubſtituto(ſi caſus talis accederet) poſtea ſubrogatũ hr̃e noticiã:declaramꝰ ⁊ dicimꝰ:ꝙ in hoc articulo: p̃ter dictos duos modos in neceſſitatibꝰ p̃teritis ⁊ ingruẽtibꝰ q̃ poſſint breui tẽpore vl' interdũ non breui:vt ſupra exprimitur expediri:vt p̃diximꝰ obſeruã dos:ad ↄſeruandã ipſius regule ac profeſſorũ eius omnimodaꝫ puritatẽ:ꝙ ſi p̃ſto ſit eleemoſyne huiꝰ elargitor:vl' eius nuncius q poſſet hoc facere: ex-p̃ſſe illi p̃dicatur a fratribus:ꝙ ſibi placeat:vt dominio talis pecunie cũ libera ptãte reuocandi ſibi pecuniã ipſaꝫ penes ipſuꝫ ſemꝑ vſqꝫ ad cõuerſionẽ ipſius in rẽ deputatã libere remanẽte:vt in alijs duobus caſibus ſupius dictuꝫ ẽ:ꝑ quorũcunqꝫ manus pecunia ſeu eleemoſyna ipſa tractetur:ſiue ꝑſonas ab eodẽ vl' a fratribus noiatas:totũ ſuo ↄſenſu:voluntate:ac auctoritate ꝓcedat. Quo aſſenſuꝫ ſuũ p̃bentẽ p̃dictis:ſecure frẽs de re empta vl' acqſita de illa pecunia ꝑ quẽcunqꝫ:iuxta modũ annotatuꝫ ſupius:vti poſſint.

¶ Ad maiorem autem omniuum p̃dictorum claritatem:ac in ꝑpetuum valitura ꝓuiſionis ſerie declaramus:ꝙ fratres prefatis modis:vt p̃dicitur:circa pecuniam in ſupportandis coꝝ preteritis ⁊ ingruentibus neceſſitatibus obſ̃uatis:non intelliguntur nec dici poſſunt:ꝑ ſe vel ꝑ interpoſitã ꝑſonã pecuniã recipere contra regulam vel profeſſionis ſui ordinis puritatem:cũ manifeſte pateat ex predictis:predictos fratres non ſolum a receptione.proprietate.dominio: ſiue vſu ipſius pecunie : verumetiam a contrectatione qualibet ipſius:⁊ ab ea penitus alienos. ℭ In eo vero caſu quando antequam ipſa pecunia in licitum rei habẽde vl' vtende commercium ſit conuerſa:concedẽtẽ pecuniã mori contigerit:ſi concedẽs in concedẽdo dixerit vel exp̃ſſerit:ꝙ pſona deputata pecuniam ipſam in neceſſarium vſum frm̃ expẽderet:qcqd de ipſo concedẽte viuẽdo vel moriẽdo contigeret:ſiue concedẽs huiuſmodi heredẽ reliqrit:ſiue non:poſſint frẽs ad pſonam deputatam:non obſtante concedẽtis morte:vel heredis contradictione: pro illa pecunia expẽdẽda recurrere:ſicut poterant ad ipſum dominum concedẽtem.

Quid ſi moriatur eleemoſynã faciẽs.

ℭ Quia ꝟo puritatẽ ipſius ordinis intima cordis affectione zelamus:cuꝫ in p̃dictis caſibus ad determinatam neceſſitatẽ:vt p̃dicitur:per aliquẽ pecuniã ↄcedi ↄtigerit:ↄcedẽs pecuniã rogari poſſit a frĩbꝰ:ꝙ ſiqd de ipſa pecunia habita neceſſitate d̃terminata ſuperit:ↄſentiat ip̃e ↄcedẽs:ꝙ reſiduũ p̃fate pecũie i res alias ꝓ alijs ipoꝝ frm̃ p̃dictis neceſſitatibꝰ ↄuertat. Quo nõ ↄſentiẽte p̃dictis:ipꝫ reſiduũ(ſi qđ fuerit)reſtituat eidẽ. Caueãt tñ frẽs:ꝙ ſollicite ſe coarctẽt:vt nõ plus ſciẽter ↄcedi ↄſentiãt:q̃ꝫ veriſimiliter extimari poſſit rem neceſſariã ꝓ qua pecunia ipſa ↄcedit valiturã. Et qꝛ in p̃dictorum ſerioſa expoſitione:a dante vel recipiẽte de facili poſſet errari: vt clariꝰ vtilitati dantium:puritati ordinis:ſimplicitati aliquorum ſimplicium:ſaluti animarum:hinc ⁊ inde ſecurius ↄſulatur:intellectum illum:q ſatis in hoc caſu a ſane itelligente percipitur:preſentis ac i eternum valiture ↄſtitutionis ſerie lucidamus:volentes illud ad communem deduci noticiã: vꝫ ꝙ ſemper quando pecunia fratribus ipſis mittit: vel offertur:nec exp̃ſſe ꝑ-

Attẽ. q d hẽat fieri ſi ſupſit pecunia.

mittentẽ vel offerentem aliꝰ exprimatᷣ:ꝑdictis modis proꝛſus oblata intelli gatᷣ ⁊ miſſa. Non enĩ veriſimile eſt aliquem elemoſyne ſine exꝑſſione modũ illum velle prefigere:ꝑ quem ⁊ donans merito:vel illi quoꝝ neceſſitatibꝰ intendit ꝑ donũ hm̃oi prouidere:vel effectu doni:vel ſue conſcientie puritate fraudentᷣ.

**De legatis fribꝰ in vltimis volũtatibus factis.**

¶Ad hec qꝛ fratribꝰ ipſis interdũ in vltimis volũtatibus ſub diuerſis modis nõnulla legantᷣ:neqꝫ expreſſe qd de ijs agendũ ſit in regula vel predeceſſoꝝ nr̃oꝝ declarationibꝰ ꝯtinetᷣ:ne in ipſis dubitari ꝯtingat in poſterum:ꝓuidendo legantibꝰ:⁊ fratrũ ꝯſcientijs precauendo:declaramus.ordinamus:⁊ dicimꝰ:ꝙ ſi teſtator modũ ſcd̃m quem fratribꝰ eoꝝ ꝯditiõe inſpecta recipe non liceret exprimat in legando:vt ſi legaret fratribꝰ vineam vel agrũ ad excollendũ.domũ ad locandũ:vel ſimilia ꝟba in ſimilibꝰ proferret:aut modos ſimiles in relinꝗndo ſuaret:a tali legato ⁊ eius receptione ꝑ omnem modũ frẽs abſtineant. Si ꝟo modũ licitũ fratribꝰ:in legãdo teſtator expreſſerit:vt ſi diceret:lego pecuniam pro fratrũ neceſſitatibꝰ expendendam:vel domũ.agrũ.vineam:⁊ ſimilia ad hoc ꝙ ꝑ certam ꝑſonam vel ꝑſonas idoneas diſtrahantᷣ:⁊ pecunia de rebus ipſis accepta in edificia:vel alia fratrũ neceſſaria cõuertantᷣ:aut in legando ſimilibꝰ modis vel ꝟbis vtatᷣ:in hoc caſu illꝰ in omnibꝰ ⁊ ꝑ omnia (ꝯſideratis eoꝝ neceſſitatibꝰ:⁊ moderaminibꝰ ſupradictis) quantũ ad frẽs ſuari decernimꝰ:qꝰ ꝑ nos eſt ſupius in conceſſis pecuniarijs elemoſynis declaratum. Ad q̃ legata ſoluenda:tam heredes teſtatoꝝ q̃ꝫ executores:ſe liberales exhibeant:q̃ꝫ ꝑlati. Et etiam ſeculares qbus de iure vel de ꝯſuetudine prouiſio iſta competeret:cũ expedierit ſe ex officio ſuo promptos exhibeant ad pias volũtates deficientiũ adimplendas. Nam ⁊ nos etiam ꝑ modos licitos:⁊ fratrũ regule congruos:intendimus ꝓuidere:ꝙ nec pia defunctoꝝ deſtituatᷣ intentio:⁊ heredũ cupiditas legitimis ictibꝰ feriatᷣ:ac ipſi frẽs paupes oportunis auxilijs nõ fraudentᷣ. Si ꝟo fratribꝰ ipſis generaliter aliqd abſqꝫ modi exꝑſſione legetᷣ:hoc in legato ſic indeterminate relicto in omnibꝰ ⁊ ꝑ omnia intelligi ac ſuari volumꝰ:et in ꝑpetuũ preſenti ꝯſtitutione iubemus:qꝰ ſupra in pecunia:ſeu elemoſyna fratribꝰ indeterminate oblata vel miſſa voluimꝰ ac exꝑſſimꝰ obſuari:videlicet vt ſub modo licito fratribꝰ intelligatᷣ eſſe relictũ:ita ꝙ nec legãs merito:nec frẽs ipſi effectu relicti fraudentᷣ.

**De cõmutatione reꝝ mobilium.**

¶Quia ꝟo dominiũ libroꝝ:⁊ aliorum mobiliũ:qbus tam ordo q̃ꝫ frẽs vtuntᷣ:q̃ tamen nõ ſint dominij aliorũ:ad ꝑfatam eccleſiam ſpecialiter dignoſcitᷣ:q̃ libros ⁊ mobilia interdum cõtigit ſeu expedit vendi:vel etiam cõmutari:fratrũ vtilitatibꝰ:⁊ eoꝝ ꝯſciẽtijs ꝓuidere volẽtes:eadem auctoritate ꝯcedimꝰ:vt commutatio taliũ reꝝ:et ad eas res:quaꝝ vſum fratribꝰ liceat hr̃e de generalis ⁊ prouincialiũ miniſtroꝝ in ſuis adminiſtrationibꝰ ꝯiunctim vel diuiſim auctoritate procedat. quibus etiam de diſpoſitione vſus taliũ rerum:ꝯcedimus ordinare.

**De vẽditiõe reꝝ mobiliũ**

¶ Si vero res hm̃oi eſtimato precio vendi ꝯtingat:cũ fratribus ipſis ꝑ ſe vel ꝑ aliũ recipe pecuniam:regula prohibente:non liceat:ordinamꝰ ⁊ volumꝰ:ꝙ talis pecunia ſeu preciũ recipiatᷣ ⁊ expendatᷣ in rem licitam:cuiꝰ vſum fratribus licet habere:ꝑ procuratorem a ꝑfata ſede:vel a cardinali gubernationem ꝑ ipſã ſedem gerenti eiuſdem ordinis deputandũ:iuxta moduꝫ in ſupioribus ne-

ceſſitatibus p̄teritis ⁊ ingruentibus ordinatū. ¶ De vilibus aut mobilib⁹: vel parū valentibus: liceat ex p̄ſenti nr̄a ꝯceſſione fratribus: pietatis ſeu ꝺuotionis intuitu: vel ꝓ alia honeſta ⁊ rationabili cauſa: obtenta ſup̄ hoc prius ſup̄ioꝝ ſuoꝝ licentia (iuxta qđ inter frēs in generali vel ꝓuincialibus capitulis: tā de ipſis rebus vilibus ſeu parū valentibus: ⁊ eaꝝ valore: q̄ꝫ p̄fata licentia: ſcꝫ a q̇bus ⁊ qualiter ſit hn̄da: extiterit ordinatū) intra ⁊ extra ordinē alijs elargiri. ¶ Licet aūt ꝯtineaꝛ in regula: ꝙ frēs habeāt vnā tunicā cum capucio: ⁊ aliā ſine capucio: ⁊ videri poſſit illa fuiſſe inſtituentis intentio: ꝙ neceſſitate ceſſante pluribus nō vtanꝛ: declaramus: ꝙ poſſint frēs de licētia miniſtroꝝ ⁊ cuſtodū: ꝯiunctim ⁊ diuiſim in adminiſtrationibus ſibi commiſſis: cū eis videbiꝛ (penſatis neceſſitatibus: ⁊ alijs circūſtātijs: q̄ ſcđꝫ deū ⁊ regulā attendende videnꝛ) vti pluribus: nec ꝑ hoc videanꝛ a regula deuiare: cū etiā in ipſa dicaꝛ exp̄ſſe: ꝙ miniſtri ⁊ cuſtodes de infirmorū neceſſitatibus: ⁊ fratribus induendis ſollicitā curā gerāt: ſcđm loca ⁊ tp̄a: ⁊ frigidas regiones. ¶ Et quāq̄ꝫ regula p̄dicta ꝯtineat: ꝙ de fratribus induendis: ⁊ neceſſitatibus infirmoꝝ miniſtri tm̄ ⁊ cuſtodes ſollicitā curā gerāt: ⁊ dictio illa tm̄: ſic miniſtros ⁊ cuſtodes in hac cura ꝯſtringere: ꝙ ab ea ceteros excludere prima facie videaꝛ: q2 tn̄ ſollicite ꝯſiderare nos ꝯuenit: ⁊ tp̄s regule inſtitute: quo frēs ipſi ad cōparationem p̄ſentē nūero pauci erāt: ⁊ forſan miniſtri ac cuſtodes videbanꝛ tūc ad iſta poſſe ꝓcurāda ſufficere: ac nihilomin⁹ multiplicationis frm̄: ⁊ moderni tp̄is qualitatē: nec ſit veriſimile btm̄ franciſcū inſtitutorē regule: vel ipſis miniſtris ⁊ cuſtodibus impoſſibilitatis iugū voluiſſe p̄figere: vel ex ipſius impoſſibilitatis ꝯſeq̄ntia frēs ipos ſuis neceſſitatibus velle carere: ꝯcedim⁹: ꝙ ipſi miniſtri ⁊ cuſtodes poſſint ꝑ alios huius cure ſollicitudinē exercere. Debent etiā ⁊ alij frēs curā huius: q̄ p̄fatis miniſtris ⁊ cuſtodibus p̄cipue incūbit ex regula: cū ſibi ab illis cōmiſſa fuerit gerere diligenter. ¶ Contineꝛ quoqꝫ in regula: ꝙ frēs q̇bus grām dedit dn̄s laborādi: laborent fidel'r ⁊ deuote: ita ꝙ excluſo occio aīe inimico: ſancte orōnis ⁊ deuotionis ſpūm non extinguāt. Qr ꝟo ex ꝟbo iſto frēs ipſos de occioſitate vite: ⁊ de regule trāſgreſſione improbe notare interdū hactenus aliq̄ ſunt conati: nos morſus hmōi nefarios reprimentes: declaramus: q̄ꝫ conſideratis verb̄ predictis: ⁊ forma ſeu modo loq̄ndi ſub q̇b⁹ fratres ad hmōi: exercitiū inducunꝛ: non videꝛ ea fuiſſe iſtituentis intentio: ꝙ vacātes ſtudio: vel diuinis officijs ⁊ miniſterijs exeq̄ndis: manuali labori ſeu opationi ſubijceret: vel ad hoc illos arctaret: cū exemplo xp̄i ⁊ multorꝫ ſanctorum patrum: labor iſte ſpūalis tanto illi preponderet: quanto q̄ ſunt aīe corporalibus p̄ferunꝛ. Ad alios vero q̄ ſe ī predictis ſpūalibus opibus non exercent (niſi tales aliorum fratrum licitis officijs occupenꝛ) ne ocioſe viuant: verba predicta declaramus extendi: niſi ⁊ tales tam excellentis ⁊ notabilis contemplationis ⁊ orōnis exiſterent: ꝙ merito propter hoc nō eſſent a tanto bono ⁊ pio exercitio ſubtrahendi. Frēs em̄ quantumcunqꝫ ſtudio vel diuinis miniſterijs non vacantes: ſed aliorum fratrum ſtudio vel alijs diuinis officijs ⁊ miniſterijs vacantium ſeruitijs iherentes: cum ipſis eiſdē q̇bus ſeruiunt ſuſtentari merentur: quod aſtruitur illa equa lege ſancitum:

De largitiōe reꝝ vilium.

Ar. iiij. đ veſtib⁹ fratruꝫ.

Ar. v. đ mō laborandi.

qua ſtrenuus pugnator ille dauid iuſte decreuit: vez ꝙ diſcedētium ad p̄-
lium: ⁊ remanētium ad ſarcinas: portio equaref. ¶ Uerum qr exp̄ſſe conti-
nef in regula: ꝙ frēs non p̄dicent in epatu alicuius epi cum ab eo illis fue-
rit contradictū: nos in hoc ⁊ deferētes regule: ⁊ nihilominus auctoritatem
apoſtolice plenitudinis conſeruātes: dicimus: ꝙ p̄dictum verbum ad lraz ſi-
cut regula ipſa ꝑtulit obſeruef: niſi p ſedē apoſtolicā circa hoc pro vtilitate
populi xp̄iani ſit ꝯceſſum vel ordinatū aliō: vel in poſterū concedaf ſeu etiā
ordinetur. ¶ Et quia in eodem capitulo regule immediate ſubiungitur: ꝙ
nullus fratrum populo audeat predicare niſi a miniſtro generali fuerit ex-
aminatus: ⁊ etiam approbare: ⁊ ab eo officium p̄dicationis ſibi conceſſum:
nos ⁊ ſtatum preteritum ipſius ordinis in paucitate ſui: ⁊ modernū in am-
pliato fratrum numero: ac vtilitatem animarum: vt condecet: aduertentes
concedimus: ꝙ necdum generalis examinare approbare predicatores fra-
tres in populis: ac illis concedere licentiam predicandi: quatenus pſone ido
neitatem: ⁊ predicationis officium licentia ipſa reſpiceret: prout in regula
continetur: verumetiam prouinciales miniſtri hoc poſſint in capitulis ꝓui-
cialibus cum diffinitoribus: qḋ etiā hodie obſeruari dr: ⁊ in fratrum priui-
legijs contineri. Quam qdē licētiam p̄fati miniſtri reuocare. ſuſpēdere va-
leant ⁊ arctare: ſicut ⁊ quādo id eis videbif expedire. ¶ Sed qm̄ in deſide-
rijs nr̄is hoc gerif: vt ad dei gloriā ſalus ꝓficiat aiaꝝ: ac dictus ordo: p quez
iugiter ad amorē diuinū affectio xp̄iane religionis accendif: merito ⁊ nume
ro augeaf: cōcedimus: ⁊ p̄ſenti ſtatuto firmamꝰ: licere non ſolū generali: ſed
etiam ꝓuincialibꝰ miniſtris: pſonas fugiētes a ſeculo in frēs recipe: q̄ ꝓuin-
cialiū miniſtroꝝ licentia: p ipm̄ generalem: ſicut expedire viderit: poſſit arta
ri. Uicarij vo ꝓuincialiū miniſtroꝝ: ex officio vicarie: licentiam hanc ſibi
nouerint interdictā: niſi p miniſtros eoſdē: qbus hoc poſſe cōmittere vica-
rijs ⁊ alijs licere decernimꝰ: hoc ipſis vicarijs ſpecialr cōmittaf. Caueant tn̄
ipſi ꝓuinciales: ꝙ hoc nō indiſcrete: nō paſſim: ſ; ſic cōſiderate committant:
ſicq; illos qbus hoc cōmitti contigerit fidelibꝰ conſilijs fulciant: ꝙ oīa diſ-
crete ꝓcedāt. ¶ Ne indifferēter oēs admittanf ad ordinem: ſed illi tantū: q
ſuffragantibus eis litteratura. idoneitate: vel alijs circūſtantijs: poſſint vti-
les eſſe ordini: ſibiq; p vite meritū: ⁊ alijs ꝓficere p exemplum. ¶ Inſup du-
bitantibus fratribus p̄dicti ordinis: an (p eo ꝙ in regula dr) vt decedēte ge-
nerali miniſtro: a ꝓuincialibus miniſtris ⁊ cuſtodibus i capitulo penthecoſ-
ſtes fiat electio ſucceſſoris: oīum cuſtodū multitudinē oporteat ad generale
capitulū conuenire: an: vt oīa cum maiori tranqllitate tractenf: ſufficere poſ
ſit vt aliq de ſingulis prouīcijs: q vocem habeāt alioꝝ: iterſint: taliter reſpō-
demus. ſ. vt ſingularum prouīciarum cuſtodes vnū ex ſe cōſtituāt quē cuz
ſuo prouīciali miniſtro pro ſeipſis ad capl̄m dirigant: voces ac vices ſuas
cōmittentes eidem: quod ēt cum cōſtituerit p ſeipſos: ſtatutum hmōi duxi-
mus approbandū: quod idē p̄deceſſor Grego. ix. i caſu hmōi dr reſpōdiſſe.
¶ Deniq; qr continef in regula ſupradicta: ꝙ frēs non igrediaf monaſte
ria monacharum: preter illos qbus a ſede apoſtolica conceſſa fuerit licentia
ſpecialis: quam ꝙ hoc de monaſterijs pauperū monialium iclūſarum frēs

Arti.vj.de p̄dicatoribus.

Artic.vij.de mō recipiēdi frēs ad ordinem.

Ar.viij.d̄ electiōe generalis miniſtri.

Ar.ix.de ingreſſu monaſterioꝝ mōialium.

hactenus itelligendũ eſſe crediderit: cũ eaꝝ ſedes pſata curã habeat ſpecialẽr et intellectus hmõi p conſtitutionem quandam tempore date regule: viuẽte adhuc beato Franciſco: p prouīciales miniſtros fuiſſe credatur ī generali capitulo declaratus: ijdem frẽs certificari nihilominus ſe poſtularũt: an hoc de oībus generalr: cum regula nullum excipiat: an de ſolis monaſterijs itelligi debeat monialium pdictarum. Nos vtiqꝫ generalr id eſſe prohibitum de quarumlibet cenobijs monialiũ reſpondemus. Et noīe monaſterij: volumus clauſtrũ. domos: ⁊ officinas iteriores itelligi: p eo ꝙ ad alia loca vbi hoīes ſeculares conueniunt: poſſunt fratres illi cauſa predicationis: vel eleemoſyne petende accedere: qbus id a ſuperioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate: vel idoneitate conceſſum: exceptis ſemper predictarum monaſterijs īcluſarum: ad que nulli datur accedendi facultas: ſine ſedis eiuſdem licẽtia ſpeciali: quod etiam ipſe idem predeceſſor Grego. ix. ī eo caſu dr reſpõdiſſe. ¶ Ceterum ſancte memorie confeſſor xpi Franciſcus mandaſſe dr circa vltimum vite ſue: cuius mandatum: ipſius dr teſtamentum: ꝙ verba ipſius regule non gloſentur: ⁊ vt verb vtamur eiuſdem: ꝙ ſic vel ſic itelligi debeat non dicatur: adijciens: ꝙ fratres nullo modo aliquas lr̃as ab apoſtolica ſede petant: ⁊ alia quedam iterſerens: que non poſſent ſine multa difficultate ſeruari: propter quod fratres heſitantes an tenerentur ad obſeruantiam teſtamenti predicti: dubitationem hmõi per eundem predeceſſorem Grego. ix. petierunt de ipſorum conſcientijs amoueri. Qui: ſicut aſſeritur: attendẽs periculum aīarum: ⁊ difficultates quas propter hoc poſſent incurrere: dubietatem de ipſorum cordibus amouendo: dixit fratres ipſos ad ipſius mãdati obſeruantiam non teneri: quod ſine conſenſu fratrum: ⁊ maxime miniſtrorum: quos vniuerſos tangebat: obligare nequit: nec ſucceſſorem ſuū quomodolibet obligauit: cum non haberet imperium par in parem. Nos autem circa preſentem articulum nihil duximus innouandum. ¶ Ad hec a nonnullis predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus circa declarationem ipſius regule: ⁊ ipſam regulam: ac eam contingentia diuerſas litteras intelleximus emanaſſe. Sed nec per hoc mordacium predictorum contra regulam ipſam et fratres quieuit inſultus; nec per ipſas lr̃as ſtatui fratrum prouideretur in multis: in qbus de nouo vel aliter neceſſario prouidẽdum eſſe multorum poſtea caſuum contingentium experientia indicauit. Nos itaqꝫ ne lr̃arum hmõi: ⁊ preſentis conſtitutionis diuerſitas: vel intellectus aduerſitas in predictorum obſeruatione fratrū aīos perturbaret: ⁊ vt plenius. clarius: ⁊ certius eorum ſtatui ⁊ obſeruantie predicte regule conſulatur: in oībus ⁊ ſingulis illis articulis quos conſtitutio ipſa ꝯtinet: quãqꝫ ipſi vel eorum aliq continerentur in alijs lr̃is apoſtolicis ſupradictis: hanc noſtram conſtitutionem. declarationem: ſeu ordinationem tantum a fratribus ipſis preciſe: ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obſeruandam. ¶ Cum igitur ex predictis ⁊ alijs per nos cum multa maturitate diſcuſſis: regula ipſa licita. ſancta. perfecta: ⁊ obſeruabilis: nec vlli patẽs diſcrimini euidenter appareat: illam ⁊ omnis ſubſcripta per nos ſtatuta. ordinata. conceſſa. diſpoſita. decreta. declarata: etiã ⁊ ſuppleta: de apoſtolice po-

An teſtamentũ btĩ frã. aliquaten⁹ obligauit. art. x.

De eiuſdẽ declaratiõis firmitate ⁊ auctoritate: atqꝫ publicatione articulus vltimus.

teſtatis plenitudine approbamus. cõfirmamus: ⁊ volumus exiſtere ꝑpetue
firmitatis: in ꝟtute obediẽtie diſtricte ꝑcipiẽtes: ꝙ hec ꝯſtitutio: ſicut cetere
ꝯſtitutiões vel decretales epl'e: legaꝶ in ſcolis. ¶ Et qꝛ ſub colore liciti: nõnul
li cõtra frẽs ipſos ⁊ regulã in legẽdo. exponẽdo: atqꝫ gloſando poſſent vir*
ſue iniqtatis effundere: ac ꝯſtitutiõis intellectuꝫ: ipm in diuerſas ⁊ aduerſas
ſentencias ꝓducentes: ſuis adinuentiõib⁹ deprauare: ⁊ opinionũ diuerſitas:
ac diſtortio intellect⁹ multoꝝ pios aĩos poſſet inuoluere: ⁊ a religionis igreſ
ſu multoꝝ corda ſubtrahere: taliũ detrahentiũ vitanda ꝑuerſitas cogit nos
ipſis viã ad ꝑdicta ꝑcludere: ⁊ certũ ꝓcedendi modũ: hãc cõſtitutionẽ legẽ
tibus ꝑfinire. Itaqꝫ ſub pena excõicationis: ⁊ priuationis officij: ac bñficij
diſtricte ꝑcipimus: vt ꝑſens cõſtitutio cũ ipſam legi ꝯtigerit: ſicut ꝓlata eſt:
ſic fideliter exponaꝶ ad lrãm: cõcordantie. cõtrarietates: ſeu diuerſe ⁊ aduer
ſe opiniones a lectorib⁹: ſeu expoſitoribus nullatenus inducãꝶ. Sup ipa cõ
ſtitutiõe gloſe nõ fiant: niſi forſan ꝑ quas verbũ vel verbi ſenſus: ſeu cõſtru
ctio: vel ipſa ꝯſtitutio quaſi grãmaticaliter ad lrãm: vel intelligibilius expo
naꝶ: nec intellect⁹ ipſius ꝑ legentẽ deprauetꝶ in aliquo: ſeu diſtorqueaꝶ ad aliꝺ̃
ꝙ̃ lrã ipſa ſonat. ¶ Et ne ſedem ꝑdictã cõtra detractores hmõi oporteat vlte
rius laborare: vniuerſis ac ſingulis cuiuſcũqꝫ ꝑeminentie. conditionis: aut
ſtatus diſtricte ꝑcipimus: ne cõtra predictã regulã: ⁊ ſtatũ predictoꝝ fratrũ:
ſeu cõtra ꝑmiſſa ꝑ nos ſtatuta. ordinata. cõceſſa. diſpoſita. decreta: ⁊ declara
ta. ſuppleta: ⁊ approbata: ⁊ etiã cõfirmata dogmatizent. ſcribãt. determinẽt.
ꝑdicent: ſeu praue loquanꝶ publice vel occulte. ¶ Sed ſiqd penes aliquẽ in
his ambiguitatis emerſerit: hoc ad culmẽ ꝑdicte ſedis apoſtolice deducaꝶ:
vt ex auctoritate apoſtolica: ſua in hoc manifeſteꝶ intentio: cui ſoli conceſſuꝫ
eſt in his ſtatuta cõdere: ⁊ cõdita declarare. ¶ Gloſantes ꝟo in ſcriptis cõſti
tutionẽ ipaꝫ aliter ꝙ̃ eo mõ quo diximus: doctores iſup ſiue lectores dũ docẽt
in publico ex certa ſciẽtia ⁊ deliberate itellectũ ꝯſtitutiõis hmõi deprauãtes:
faciẽtes quoqꝫ cõmentũ. ſcripturas: ſeu libellos: ac ex certa ſciẽtia ⁊ delibera
te determinãtes i ſcholis: ſeu ꝑdicãtes ꝯtra ꝑdicta: vel aliqua: ſeu aliqꝺ ꝑdi
ctoꝝ: nõ obſtãtib⁹ aliqb⁹ priuilegijs: vel indulgẽtijs: aut lrĩs aplicis: qbuſcũ
qꝫ dignitatib⁹. ꝑſonis. ordinib⁹: aut locis: religioſis vel ſecularib⁹: generaꝶr
vel ſingulariter: ſub quacũqꝫ forma vel expſſiõe ꝟboꝝ cõceſſis: q̃ nolumus
aliqb⁹ in ꝑmiſſis quolibꝫ ſuffragari: excõicatiõis ſentẽtie: quã ex nũc i ipos
ꝓferimus: ſe nouerint ſubiacere: a qua per neminẽ niſi per romanũ ponti
ficem poſſint abſolui. ¶ Inſuper tam iſtos contra quos per nos excõicatio
nis eſt ꝓlata ſentẽtia: quã alios: ſiq fuerint: circa ꝑmiſſa vel coꝝ aliqꝺ veniẽ
tes: ad nrãm ⁊ ſedis memorate volumus deduci notitiã: vt quos prouiſus
modus eqtatis nõ arcet: a vetitis cõpeſcat rigor apoſtolice vltionis. Nulli er
go oĩno hoĩm liceat: hanc paginã nrẽ declarationis. ordinationis. cõceſſio
nis. diſpoſitionis. ſuppletionis. approbationis. confirmationis: ⁊ conſtitu
tionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siqs autem hoc attentare
preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei: ⁊ beatorum Petri ⁊ pauli
apoſtoloꝝ eius: ſe nouerit incurſurũ. Datũ Suriani. xix. kl'as Septẽbris
pontificatus noſtri anno ſecundo.

## ¶ Incipit declaratio regule fratrū minorum: edita a dño papa Clemente.v.

CLemens ep̄us ſeruus ſeruorū
dei: ad ppetuā rei memoriā. Exiui de paradiſo: dixi: rigabo
hortū plantationū: ait ille celeſtis agricola: q vere fons ſapien
tie verbū dei a patre in p̄ſe manens: genitū ab eterno: nouiſſi
me diebus iſtis fabricāte ſpū ſctō in vtero v̄ginis factum ca
ro: exiuit homo ad opus arduū redēptionis hūani generis: pagendū: exem-
plar ſeq̄ndū celeſtis vite p̄bens hoibus ſemetip̄m. Uerum q: mortalis vite
ſollicitudinibus p̄ſſus homo: mentis aſpectū ab exēplaris hmōi intuitu di-
uertebat: verus n̄r ſalomō: in ſolio militātis eccleſie quendā hortuz volup-
tatis inter ceteros fecit a pcelloſis mūdi fluctibꝰ elongatū: in quo quietiꝰ ac
ſecurius vacaret̄ contēplandis: obſeruādiſq3 opibus exēplaris. In hūc in-
trauit ipſe vt rigaret ip3 fecūdis aq̄s ſpūalis gr̄e ꝛ doctrine. Hic hortꝰ ſiq̄dē
eſt ſr̄m minorꝝ ſctā religio: q̄ muris regularis obſ̄uātie firmiter vndiq3 cir
cūcluſa: itra ſe ſolo ↄtēta deo: adornat̄ abūde nouellis plātatiōibus filiorū.
Ad hūc veniēs dilectꝰ dei filiꝰ: mortificātis penitētie myrrhā metit cū aro-
matibꝰ: q̄ ſuauitate mira vniuerſis odorē attrahētis ſcꝝ mōie circūfundūt.
Hec ē illa celeſtis vite forma ꝛ regl'a: quā d̄ſcripſit ille ↄfeſſor x̄p̄i eximiꝰ ſcūs
frāciſcꝰ: ac ſuādā a ſuis filijs v̄bo docuit pariter ꝛ exēplo. ¶ Qꝛ v̄o dicte
ſctē reglē pfeſſores ac emulatores d̄uoti: vt alūni ꝛ veri filij tāti p̄ris affecta-
bāt: ſicut ꝛ feruēter affectā: ad purꝝ ꝛ plenū p̄miſſaz regulā firmiter obſ̄ua-
re: attēdētes q̄dā q̄ dubiū poterāt afferre ſenſū in ipſiꝰ regule ſerie ↄtineri: p
ipoꝝ d̄claratiōe hr̄da recurrerūt prudēter oliz ad apicē aplice dignitatis: vt
certificati p ipā3: cuiꝰ pedibꝰ ēt p ipā3 regulā ſunt ſubiecti: poſſent dño pul
ſis cūctis dubijs cū plēa claritate ↄſciētie deſ̄uire. Horꝝ aūt pijs ac iuſtis ſup
plicatiōibꝰ plures p̄deceſſores n̄ri roma. pōtif. ſucceſſiue: ſicut dignū3 erat:
applicātes aures ꝛ animū: declarauerūt ea q̄ dubia videbāt̄: addiderūt nō-
nulla: ꝛ aliqua ↄceſſerūt: ſicut expedire videbāt frm̄ ↄſciētijs: ac pure obſ̄uā
tie huiꝰ ſtatꝰ. Uerꝝ q: plerūq3 vbi culpa nō ē: eā timere ſolēt ↄſciētie timora-
te: q̄ in via dei q̄d̄cūq3 deuiū expaueſcūt: nō ſunt ad plenū ex dictis declara
tiōibꝰ dictoꝝ oi3 frm̄ ↄſciētie q̄etate: qn circa aliqua ad regulā: ipoꝝūq3 ſta-
tū ptinētia dubitationū in ipſis fluctꝰ aliq̄ gererēt̄ ꝛ oriāt̄: ſicut ad aures no
ſtras pluries: ꝛ de q3 pluribꝰ i publicis ꝛ priuatis ↄſiſtorijs ē platū. Quapro
pter p ipos frēs nob̄ extitit hūiliter ſupplicatū: quatenꝰ p̄dictis dubijs q̄ oc-
currerūt: ꝛ q̄ pn̄t occurrere in futurꝝ adhibere opportūa d̄clarationis remedia:
de benignitate ſede aplice curaremꝰ. ¶ Nos igit̄ cuiꝰ animꝰ ab etate tenera
pia d̄uotiōe efferbuit ad hmōi pfeſſores regule: ꝛ ad ordinē ip̄m totū: nunc
aūt ex cōi cura paſtoralis regiminis quā immeriti ſuſtinemꝰ: ad ipos fouē-
dos dulciꝰ: ꝛ attētiꝰ gratioſis fauoribꝰ pſeq̄ndos: tāto puocamur ardētiꝰ:
quāto freq̄ntiꝰ intēta mēte reuoluimꝰ fructꝰ vberes quos ex eoꝝ exēplari vi
ta ꝛ ſalutari doctrina toti vniuerſali eccleſie ↄtinue cernimꝰ puenire: tā pia

ſupplicentium intentione commoti:ad peragendum diligenter quod peti-
tur:ſtudia noſtra duximus conuertenda:ipſaqꝫ dubia per plures archiepiſ-
copos:epiſcopos:et in theologia magiſtros:et alios litatos prouidos et diſcretos
examinari fecimus diligenter. ¶ Cum igitur in primis:ex eo ꝙ in dicte re-
gule pͥncipio habetur:regula et vita minorum fratrum eſt ſcꝫ dn̄i noſtri ieſu
xpi ſanctum euangelium obſeruare:in obedientia viuendo:ſine proprio et i
caſtitate. Item infra:finito vero anno probationis:recipiantur ad obedien-
tiam:promittentes vitam iſtam ſemper et regulam obſeruare. Item circa fi-
nem regule:paupertatē et humilitatē:et ſanctū euangeliū dn̄i noſtri ieſu xpi:
quod firmiter ꝓmiſimus obſeruemꝰ. Fuit heſitatū:an fratres eiuſdem ordi
nis ad oīa tam pͨcepta ꝙ̄ conſilia euangelij:ex ꝓfeſſionē ſue regule teneātur:
qbuſdam dicentibus ꝙ ad oīa:alijs aūt aſſerentibus ꝙ ad ſola illa tria con
ſilia:vcꝫ viuere in obedientia.in caſtitate:et ſine proprio:et ad ea q̄ ſub ꝟbis
obligatorijs ponunt̄ in regula obligantur. ¶ Nos circa hunc articulū: pre-
deceſſorum noſtrorum veſtigijs iherentes:ipſumqꝫ articuluꝫ quo ad aliqd
plenius proſequentes:dicte heſitationi duximus reſpondendum:ꝙ cū vo-
tum determinatum cuiuſlibet habeat cadere ſub certo:vouens regulam nō
poteſt dici teneri ex vi voti hmōi:ad ea conſilia euangelica que in regula nō
ponuntur. Et qdem bti Franciſci conditoris regule hec probatur fuiſſe in-
tentio:ex hoc ꝙ quedam euangelica conſilia in regula poſuit:alijs pͨtermiſ-
ſis. Si enī per illud verbum:regula et vita minorum fratrum hec eſt.etc. in-
tendiſſet eos ad oīa conſilia euangelica obligare:ſuperflue et nugatorie que-
dam eorum:ſuppreſſis ceteris:in regule expreſſiſſet. Cum auteꝫ natura termi-
ni reſtrictiui hoc habeat:ꝙ ſic excludit ab ipſo extranea:ꝙ cuncta ad ipſum
pertinentia concludit:declaramus et dicimus:ꝙ dicti fratres non ſoluꝫ ad
illa tria vota abſolute accepta:ex profeſſione ſue regule obligantur:ſed etiaꝫ
tenentur ad ea oīa implenda:que ſunt pertinentia ad hec tria:que regula ip
ſa ponit. Nam ſi ad hec tria predicta tantum preciſe et nude promittentes ſe
ſeruare regulam:viuendo in obedientia.in caſtitate:et ſine proprio:et non ēt
ad oīa contenta i regula:que hec tria modificant arctarentur: pro nihilo et
vane proferrentur hec verba:promitto ſemper hanc regulam obſeruare: ex
quo ex his verbis nulla obligatio naſceretur. Nec tamen putendum eſt ꝙ
beatus Franciſcus profeſſores huius regule quantum ad oīa contenta in re
gula modificantia tria vota:ſeu ad alia i ipſa expreſſa itenderit equaliter eſſe
obligatos:qn potius aperte diſcernit:ꝙ quo ad quedam ipſorum trāſgreſ-
ſio eſt mortalis:et quo ad quedam alia non:cum ad quedam ipſorum ꝟbuꝫ
apponat precepti:vel eqpollentis eidem:et quo ad alia:verbis alijs ſit cōten-
tus. ¶ Item:qꝛ preter ea que expreſſe verbo precepti.exhortationis. ſeu mo-
nitionis ponuntur in regula:nonnulla verbo imperatiui modi: negatiue:
vel affirmatiue appoſito inferuntur:hactenus extitit dubitatum:an teneren-
tur ad iſta vt ad habentia vim precepti. Et qꝛ vt intelleximus non minui-
tur hoc dubium:ſed augetur:ex eo quod felicis recordationis Nicolaus pa
pa.iij.predeceſſor noſter noſcitur declaraſſe:ꝙ fratres ipſi ex profeſſione ſue
regule ſunt aſtricti ad ea conſilia euangelica:que in ipſa regula preceptoriis

Ar.j.de obſuātia euāgelicoꝝ ꝯſilioꝝ et pͨceptoꝝ.

Ar.ij.an verba impatiui mōi obligēt frēs ſicut precepta.

vel inhibitoꝛie:ſeu ſub verbis eqpollentibus exprimuntur: ſupplicauerunt
predicti fratres:vt ad ipſoꝛum conſcientias ſerenandas declarare:que hoꝝ
cenſeri debeant preceptis equipollentia:ac obligatoꝛia dignaremur. ¶ Nos
itaqꝫ:qui in ſynceris hoꝛum conſcientijs delectamur: attendentes ꝙ in his
que anime ſalutem reſpiciunt:ad vitandos graues remoꝛſus conſcientie:cõ
ſulte pars ſecurioꝛ eſt tenenda: dicimus:ꝙ licet fratres non ad omniuꝫ que
ſub verbis imperatiui modi ponuntur in regl'a ſicut ad preceptoꝛum ſeu ꝑ-
ceptis equipollentium obſeruantiam teneantur:expedit tamen ipſis fratri-
bus:ad obſeruandam puritatem regl'e ⁊ rigoꝛem:ꝙ ad ea ſicut ad eqpollen-
tia preceptis ſe nouerint obligatos:que hic inferius annotantur. Ut autem
hec que videri poſſunt equipollentia preceptis ex vi verbi:vel ſaltem ratio-
ne materie de qua agitur:ſeu ex vtroqꝫ:ſub compendio habeantur:declara-
mus:ꝙ illud quod ponitur in regl'a de non habendo plures tunicas quam
vnam cum caputio ⁊ aliam ſine caputio. Item de non poꝛtandis calciamẽ
tis:⁊ non equitando:extra caſum neceſſitatis. Item ꝙ fratres vilibus in-
duantur. item ꝙ ieiunare a feſto omnium ſanctoꝛum vſqꝫ ad nat'le domi-
ni:⁊ in ſextis ferijs teneantur. item ꝙ clerici faciant diuinum officium ſecũ-
dum oꝛdinem ſancte Romane eccl'ie. item ꝙ miniſtri ⁊ cuſtodes ꝓ neceſſi-
tatibus infirmoꝛum:⁊ fratribus induendis ſolicitam curaꝫ gerant. item qđ
ſiquis fratrum in infirmitatem ceciderit:alij fratres debent ei ſeruire. item
qđ fratres non predicent in ep̄atu alicuius ep̄i:cum ab eo illis fuerit contra
dictum. item qđ nullus audeat pp'lo penitus predicare:niſi a miniſtro gene-
rali:vl' alijs quibus ſecundũ declarationẽ predictam id competit:fuerit exa-
minatus. approbatus:⁊ ad hec inſtitutus. item qđ fratres q cognoſcerent ſe
non poſſe premiſſam regl'am ſp̄ual'r obſeruare:debeãt ⁊ poſſint ad ſuos mi-
niſtros recurrere. item qđ oīa que ponuntur in regl'a ad foꝛmam habitus:
tam nouicioꝛum:q̃ꝫ etiam profeſſoꝛum:necnon ad receptionis modum: ac
profeſſionem ſpectantia:niſi recipientibus quo ad habitum nouicioꝛum:ſi-
cut dicit regl'a. ſcđm deum aliter videatur:hec in quam oīa ſunt a fratribꝰ
tanq̃ꝫ obligatoꝛia obſeruanda. Item oꝛdo cõiter ſentit. tenet:⁊ tenuit ab an-
tiquo:qđ vbicunqꝫ ponitur in regl'a hoc vocabulũ:teneantur:obtinet vim
precepti:⁊ obſeruari debet a fratribus ſicut tale. ℂ Ceterum:qꝛ xp̄i cõfeſſoꝛ Artic. iij an
predictus agendoꝛum ac ſeruandoꝝ circa recipiẽdos ad oꝛdinẽ miniſtris et poſſint reci-
fratribus modũ prebens:dixit in regl'a:qđ caueant frẽs ⁊ eoꝛum miniſtri ne pe frẽs de bo
ſint ſolliciti de rebus ſuis tp̄alibus:vt libere faciãt de eis qcqd ipſis a domi nis oꝛdinẽ i-
no fuerit inſpiratũ:licentiã tamen habeãt mittẽdi eos ad aliquos deũ timẽ- gredientium
tes:ſi conſiliũ reqratur:quoꝝ ꝯſilio ſua bona paupibus erogẽtur:dubitaue
runt ⁊ dubitãt mlti fratrũ:an liceat ipſis de bonis ingredientiũ qcq̃ꝫ recipe
re:ſi donet:⁊ ſi ad dandũ perſonis ⁊ ꝯuentibus poſſint eos iducere ſine cul-
pa:ſi etiã ad diſponẽdũ diſtributionẽ rerũ taliũ debeãt ipſi miniſtri ſeu fra-
tres dare conſilium:vbi ad conſulenduꝫ alij q̃ꝫ ex ipſis ad quos ingreſſuri
mittantur:poſſint idonei inueniri. Nos aũt ꝯſiderantes attente: intendiſſe
ſanctũ Franciſcũ:ſue regule ꝓfeſſoꝛes:quos fundauerat in maxima paupta
te:ab affectu tempoꝛaliũ rerum ipſoꝝ ingredientium per dicta ꝟba:ſpecial'r

et totaliter elongare:vt quantũ eſt ex parte frm̃ ipſoꝝ receptio ad ordinem:
ſancta ⁊ puriſſima appareret:⁊ ne aliquo modo oculuꝫ viderent̃ habere ad
bona eoꝝ tpalia:ſꝫ ad ipſos tm̃ diuino ſuitio mãcipãdos:dicimus oĩno de-
bere:tã miniſtros q̃ frẽs ceteros a dictis inductiõib⁹ ad ſibi dandũ:⁊ ſuaſio
nib⁹:necnõ a dãdis circa diſtributionẽ ↄſilijs abſtinere:cũ p̱ hoc ad timẽtes
deũ ſtatus alterius mitti debeãt:nõ ad frẽs:vt ſ͛e cũctis pateãt:eẽ tã ſalubris
inſtituti paterni ſtudioſi zelatores:ſeduli ⁊ p̱fecti. Cũ ſ͛o facere de reb⁹ ſuis
qđ dñs inſpirabit:ipſamet regula ingrediẽtib⁹ liberꝝ velit eẽ:nõ videt̃ qn li-
ceat eis recipe:ↄſideratis.ſ. eoꝝ neceſſitatib⁹:⁊ moderaminibus declaratiõis
iã dicte:ſiqđ de bonis ſuis intrãs:ſicut ⁊ ceteris paup̱ib⁹:p̱ modũ eleemoſy
ne libere velit dare. Cauere tñ in acceptiõe oblatoꝝ taliũ decet frẽs:ne ex re-

Ar.iiij.đ fratrũ veſtimentis:⁊ eoꝝ vilitate.

ceptoꝝ quãtitate notabili:p̃ſumi poſſit ſiniſter ocul⁹ ↄtra ipos. ¶ Preterea:
cũ dicat̃ in regula:q̱ illi q iã ꝓmiſerũt obedientiã habeãt vnã tunicã cũ ca-
putio:⁊ aliã ſine caputio:q hr̃e voluerint:itẽ q frẽs oẽs veſtimẽtis vilibus
induãt̃:noſq̱ꝫ p̃dicta ſ͛ba declarauerimus eq̱pollere p̃ceptis:volẽtes pleni⁹
hec determinare:dicimus quãtũ ad nũeꝝ tunicaꝝ:q̱ pluribus vti nõ lꝫ:niſi
in neceſſitatibus q̃ haberi pñt ex regula:ſm̃ q̱ hũc paſſuꝫ memoratus prede-
ceſſor nr̃ plenius declarauit. Vilitatẽ aũt veſtiũ:tã habitus q̃ interioꝝ tuni-
caꝝ:illã intelligi debere dicimus:q̃ ſm̃ ↄſuetudinẽ:vel ↄditionẽ p̃rie debeat
quãtũ ad colorẽ panni:⁊ p̃ciũ vilitas merito reputari:nõ cũ quoad regiões
oẽs põt determinat⁹ vnus modus in talib⁹ aſſignari. Hmõi ẽt vtilitatis iu
diciũ:miniſtris ⁊ cuſtodibus:ſeu guardianis duximus cõmittendũ:eoꝝ ſu

De calciamẽtis.

p̱ hoc ↄſcientias onerãtes:ita tñ q̱ ſuent in veſtibus vilitatẽ. ¶ Quoꝝ etiã
miniſtroꝝ.cuſtodũ:⁊ guardianoꝝ iudicio:eodẽ mõ reliqmus:ꝑ qua neceſ-

Art.v.de ieiunijs.

ſitate pñt ipſi frẽs calciamẽta portare. ¶ Deinde cũ duobus tp̱ibus ãnotatis
in regula.ſ.a feſto oĩm ſctõꝝ vſq̱ꝫ ad natiuitatẽ dñi:⁊ maxime quadrageſi-
me:in q̱bus ieiunare tenent̃:inferat̃ in eadẽ regula:alijs aũt tp̱ibus nõ teneã
tur niſi ſexta feria ieiunare:⁊ ex hoc voluerũt aliq dicere:q̱ dicti ordinis fra
tres nõ tenent̃:niſi ex ↄdecentia:ad alia ieiunia q̃ ad iſta:declaramus:debere
intelligi eos nõ teneri ad ieiuniũ alijs tp̱ibus:p̃terq̃ in ieiunijs ab eccleſia cõ
ſtitutis. Nõ eſt eñ veriſimile q̱ vel inſtitutor regule:vel ẽt ↄfirmator abſol-
uere eos intenderit a ſeruandis illis ieiunijs:ad q̃ de cõi ſtatuto eccleſie obli-

Ar.vj.đ obſuãtia p̃cepti.ſ.q̱ frẽs nõ recipiant pecuniam.

gãtur ceteri xp̱iani. ¶ Porro cũ dictus ſctũs volens frẽs ſuos ſup̱ oĩa a de-
narijs ſeu pecunia eſſe totaliter alienos:p̃cepit firmiter fratribus vniuerſis
vt nullo mõ denarios vel pecuniã recipiãt p̱ ſe vel p̱ interpoſitã p̱ſonã:iſtũ-
q̱ꝫ articulũ declarãs idẽ p̃deceſſor nr̃:caſus ⁊ modos poſuerit:q̱bus ſerua-
tis a fratribus nõ poſſint dici:nec debent p̱ ſe vel p̱ aliũ pecunie receptores:cõ
tra regulã vel ſui ordinis puritatẽ:dicim⁹ frẽs teneri cauere ſummope:q̱ ꝓ
alijs cauſis:vel ſub modis alijs q̃ ponat dicti p̃deceſſores nr̃i declaratio:ad
dãtes pecunias ſiue đputatos nũcios nõ recurrãt:ne ſi ſec⁹ ab ipſis attẽtatũ
fuerit:trãſgreſſores p̃cepti:⁊ regule merito poſſint dici. Nã vbi aliqđ alicui
generaliter ꝓhibet̃:q đ exp̃ſſe nõ ↄcedit̃:intelligit̃ denegatũ. Quo circa:que-
ſtus oĩs pecunie:ac oblationum pecuniaꝝ receptio in eccleſia vel alibi:cippi
ſeu trunci ordinati ad offerentiũ ſeu donantiũ pecunias reponẽdas:necnõ

et ꝯcūqꝫ recurſus alius ad pecunias: ſeu habentes ipſas q̄ ꝑ declaratiōem
predictam non ꝯcedit: hec inq̄ꝫ omnia ſunt eis ſimpliciter interdicta. Cum
etiam recurſus ad amicos ſpūales expreſſe tantū in duobus caſibus ſecun-
dum regulam ꝯcedat: vcꝫ pro neceſſitatibꝰ infirmoꝝ: ⁊ fratribus induēdis:
idqꝫ pie ⁊ rationabiliter: ꝯſiderata neceſſitate vite: ad alias neceſſitates frm̄
ꝓ tempore occurrētes (ceſſantibꝰ elemoſynis) ſeu etiam ingruētes: ſepedictꝰ
ꝑdeceſſor duxerit extendendū: attendāt frēs ꝑfati: ꝙ ꝓ nullis cauſis alijs q̄ꝫ
ꝑdictis: vel ſimilibꝰ: in via vel alibi: recurrere licet eis ad amicos hmōi: ſiue
ſint dātes pecunias: ſeu deputati ꝑ ipſos: ſiue nūcij: vel depoſitarij: ſeu quo-
uis alio nomine appellent: etiam ſi ꝯceſſi ꝑ eandem declaratiōem modi cir-
ca pecuniam integre ſeruarent. ¶ Deniqꝫ: cū idem ꝯfeſſor ſumme affectaue-
rit ſue regule ꝓfeſſores totaliter eē abſtractos ab effectu ⁊ deſiderio terreno-
rum: ⁊ ſpecialiter a pecunia: ⁊ eiꝰ vſu totaliter inexptos: ſicut ꝓbat ꝓhibitio
de recipiēda pecunia: in regula ſepius repetita: curare frēs vigilanter neceſſe
eſt: ꝙ cū ex cauſis ꝑdictis: ⁊ modis ad hn̄tes pecunias deputatas ꝓ ipſorum
neceſſitatibꝰ recurrere oportebit ad tenētes ipſas: quicūqꝫ hi fuerint: princi-
palem vel nūcij: in omnibꝰ ſic ſe gerāt: ꝙ ſe cūctis oſtendant in dictis pecu-
nijs: ſicut nec habēt: penitꝰ nil hr̄e. Quapropter precipe qn̄o ⁊ qualiter pecu
nia expendat: compotūqꝫ exigere de expēſa: eam quomodocunqꝫ repetere:
ſiue deponere: aut deponi facere: capſulam pecunie: vel eiꝰ clauē deferre: hos
actus: ⁊ ꝯſimiles: ſibi frēs illicitos eē ſciant. Predicta enim facere: ad ſolos
dn̄os ꝑtinet q̄ dederūt: ⁊ eos quos ipſi deputauerūt ad hoc ipſum. ¶ Pro- Arti. vij. de
inde cū vir ſctūs pauꝑtatis ꝑmiſſe in regula modū exprimens dixerit in ea- ex ꝓpriatiōe
dem: frēs nihil ſibi appropiēt: nec domū: nec locū: nec aliquam rē: ſed tanq̄ꝫ fratrum.
ꝑegrini ⁊ aduene in pauꝑtate ⁊ humilitate dn̄o famulantes: vadant ꝓ ele-
moſyna ꝯfidenter: ſicqꝫ declaratum extitit ꝑ nōnullos ꝑdeceſſores nr̄os ro-
manos pontifices: hanc ex ꝓpriationem intelligi debere tam in ſpeciali q̄ꝫ
etiā in cōmuni: ꝓpter quod: ⁊ rerum omniū ꝯceſſarum, oblatāꝝ: ⁊ donata-
rum fratribus (quas ⁊ quaꝝ vſum facti, ſ. ordini vel ipſis fratribus lꝫ hr̄e)
ꝓprietatem: ⁊ dominiū in ſe ⁊ romanā eccleſiā receperūt: dimiſſo in eis ip-
ſis fratribus tantūmodo vſu facti ſimplicis: ad noſtrū fuerunt deducta exa-
men: que in ordine fieri dicebant: ⁊ videbant predicto voto: ⁊ puritati or-
dinis repugnare: vcꝫ: vt ea ꝓſequamur ex ipſis q̄ remedio credimus indige-
re: ꝙ ſe inſtitui heredes: non ſolū ſuſtinent: ſed ꝓcurant. Item: ꝙ redditꝰ an-
nuos ſuſcipiunt interdū in tam notabili quantitate: ꝙ ꝯuentus habentes:
totaliter inde viuunt. Item: ꝙ cū ipſoꝝ negocia: etiā pro rebus tꝑalibus in
curijs agitant: aſſiſtunt aduocatis ⁊ ꝓcuratoribus: ⁊ ad inſtigandū eoſdē ſe
ibidē ꝑſonalr̄ repſentant. Item: ꝙ cū executiones ſuſcipiunt vltimarū vo-
luntatū ⁊ gerunt: ſeqꝫ intromittant quandoqꝫ de vſuraꝝ: vel male ablatoꝝ
diſpoſitionibus: ſeu reſtitutionibꝰ faciendis. Item: ꝙ alicubi non ſolum ex
ceſſiuos hortos: ſed etiā vineas magnas hn̄t: de q̄bus tam de oleribus: q̄ꝫ de
vino multū colligit ad vendendū. Item: ꝙ tꝑibus meſſiū: vel vindemiarū
ſic copioſe granū ⁊ vinū mendicando: vel aliūde emendo colligūtur a fra-
tribus: ⁊ in cellarijs ⁊ granarijs recondunt: ꝙ ꝑ anni reſiduū: ⁊ abſqꝫ eoꝝ

inendicatione poſſunt tranſigere vitã ſuaʒ. Jtē: ꝙ eccleſias: vel alia edificia faciũt: vel ꝓcurãt fieri in quantitate ⁊ curioſitate: figure ac forme: ac ſumptuoſitate notabilr̃ exceſſiua: ſic ꝙ nõ vidētur habitacula paupeꝝ: ſʒ magnatum. Paramēta etiã eccleſiaſtica ĩ pleriſqʒ locis tã multa hñt: ⁊ tam notabiliter ⁊ ꝑcioſa: ꝙ excedũt in his magnas eccleſias cathedrales. Equos inſuꝑ ⁊ arma eis oblata ĩ funeralib⁹ recipiũt idiſtincte. Tñ cõitas ⁊ frm̃: ⁊ ſpecialiter rectores ipſius ordinis aſſerebãt: ꝙ ꝑdicta ſeu plura ex ipſis ĩ ordine nõ fiebant. Quot ⁊ ſiq reperiunt̃ rei ĩ talib⁹: rigide puniunt̃: necnõ contra talia ne fiãt: ſunt facta plurics ab ãtiquo ſtatuta ĩ ordine multũ ſtricta. ¶ Cupiētes igit̃ nos ipſoꝝ frm̃ prouidē ↄſciētijs: ⁊ cũcta dubia: quantum poſſibile nob eſt: de ipſoꝝ pectorib⁹ remouere: ad ꝑdicta: modo q ſeqtur reſpõdem⁹. Cum eñ ad veritatē vite pertineat: vt id qd̃ exterius agitur iteriorē mētis habitũ ⁊ diſpoſitionē repſentet: neceſſe hñt frēs: q ſe ex ꝓpriatione tãta a tēporalib⁹ abſtraxerũt: ab eo ꝙ dicte exꝓpriationi cēt: vel poſſet videri cõtrarium abſtinere. ¶ Qr igitur ĩ ſucceſſionib⁹ trãſit: nõ ſolũ vſus rei: ſʒ ⁊ dominium ſuo tēpore ĩ heredes: frēs aũt ꝑfati nihil ſibi ĩ ſpeciali acqrere: vel eoꝝ ordini poſſunt: etiã in cõi: declarãdo dicim⁹: ꝙ ſucceſſionũ hmõi que etiã ex ſua natura indifferēter ad pecuniã: ⁊ etiã ad alia mobilia ⁊ immobilia ſe extēdũt: ↄſiderata ſui puritate voti: nullaten⁹ ſunt capaces. Nec lʒ eis valorē hereditatũ taliũ: vel tantã eaꝝ partē ꝙ ꝑſnmi poſſet hoc in fraudem fieri: qnaſi ſub modo ⁊ forma legati dimitti ſibi facere: vel ſic dimiſſa recipere: qn poti⁹ iſta ſic fieri ab ipſis: ſimpliciter ꝓhibem⁹. ¶ Cũqʒ ãnui redditus ĩtra ĩmobilia cēſeant̃ a iure: ac hmõi reddit⁹ obtinere pauptati ⁊ mēdicitati repugnet: nulla dubitatio ē ꝙ ꝑdictis fratrib⁹ reddit⁹ quoſcunqʒ: ſicut ⁊ poſſeſſiões: vel eoꝝ etiã vſuʒ: cũ eis nõ repiat̃ cõceſſus: recipe vl' hr̃e: cõditiõe ↄſiderata ĩpoꝝ: nõ lʒ. ¶ Ampli⁹: cũ nõ ſolũ qd̃ malũ eē dignoſcit̃: ſʒ ⁊ oē qd̃ ſpeciē hʒ mali ſit a viris ꝑfectis ſpecialr̃ euitãdũ. Ex talibus autem aſſiſtētijs ĩ curijs: ⁊ iſtigationib⁹: cũ de reb⁹ agitur ĩ ipſoꝝ cõmoda cõuertēdis: credunt̃ veriſimilr̃ ex his q̃ foris patēt: de qbus hñt hoies iudicare: ĩ ipſis reb⁹ frēs aſſiſtētes aliqd q̃rere tanq̃ ſuũ: nullo modo debēt hmõi voti ⁊ regule ꝓfeſſores: ſe talib⁹ curijs: ⁊ litigioſis actib⁹ imiſcere: vt ⁊ teſtimoniuʒ habeãt ab his q̃ foris ſunt: ⁊ puritati ſatiſfaciãt voti ſui: ac euitet̃ ꝑ hoc ſcãdalũ ꝓximoꝝ. ¶ Uerũetiã cũ dicti ordinis frēs nõ ſolũ a receptiõe. ꝓprietate dñio: ſiue vſu ipſius pecunie: verũetiã a ↄtrectatiõe qualibet ipſius: et ab ea ſint penitus alieni: queãdmodũ ſepedictus ꝑdeceſſor nr̃ ĩ declaratiõe huius regule plane dixit: cũqʒ dicti ordinis ꝓfeſſores ꝑ nulla re tpali poſſunt ĩ iudicio experiri: ꝑdictis fratribus nõ lʒ: nec cõpetit qnpotius: conſiderata ſui puritate ſtatus: debēt ſibi ſcire ĩterdictũ: ꝙ hmõi executiõibus ⁊ diſpoſitiõibus ſe exponãt: cũ hec vt ſepius abſqʒ litigio: ⁊ ↄtrectatione: vel adminiſtratiõe pecunie neq̃ant expediri. Uerũtamen ĩ his exeq̃ndis dare ↄſiliuʒ: ipſoꝝ ſtatui nõ obſiſtit: cũ ex hoc ipſis circa bona temporalia: nulla iuriſdictio. actio ĩ iudicio: ſiue diſpēſatio tribuat̃. ¶ Licet ꝟo nõ ſolũ ſit licitũ ſʒ ⁊ multũ cõueniēs rationi: ꝙ frēs q ĩ laboribus ſpũalibus: orõnis ⁊ ſtudij ſedule occupant̃: hortos ⁊ areas habeãt cõpetētes: ob recollationē vel recrea-

---

De hereditatib⁹ nõ acceptandis.

De redditib⁹ nõ hñdis.

De nõ aſſiſtēdo ĩ curijs.

De nõ recipiendis a frib⁹ teſtamētoꝝ executiõib⁹.

De nõ habēdis hortis ſuperfluis.

tionē ſui: ⁊ interdū ad ſeipſos poſt labores hmōi corporalr deducēdos: nec nō ad habēda neceſſaria hortalicia ꝑ ſeipſis: hr̄e tñ hortos aliquos vt colātur: ac olera ⁊ alia hortalicia ꝑcio diſtrahāt: necnō ⁊ vineas: repugnat ſue regule ⁊ ordinis puritati: ſcḋm qḋ dict⁹ p̄deceſſor declarauit: ac ēt ordinauit: ꝙ ſi talia ad vſus ꝓxime dictos: vtputa agrū vel vineā ad colēdū: ⁊ cōſimilia fratrib⁹ legarēt: ꝑ oēꝫ modū frēs a receptiōe taliū abſtinerēt: cum ēt ꝓmiſſa hr̄e: vt ꝑciū fructuū ſuis tꝑib⁹ habeāt: ad naturā ⁊ formā ꝓuētū appropinquet. ¶ Rurſus: cū p̄dict⁹ ſctūs tam i exēplis vite q̄ꝫ verb̄ regule oſiderit ſe velle: qḋ ſui frēs ⁊ fiłij diuīe ꝓuidētie initētes: ſuos i deū iacerēt cogitat⁹: q volucres celi paſcit: q̄ nō ꝯgregāt i horrea: nec ſemināt: nec metūt: nō eſt veriſimile voluiſſe ipm̄ eos hr̄e granaria: vel cellaria: vbi quotidianis mendicatiōib⁹ deberēt ſperare poſſe trāſigere vitā ſuā. Et idcirco nō ex timore leui laxare ſe debēt ad ꝯgregatiōes ⁊ obſuatiōes hmōi faciēdas: ſꝫ tūc tm̄: cū eēt multū credibile ex iā expertis: qḋ nō poſſent vite neceſſaria aliter inuenire. Hoc aūt: miniſtroꝝ ⁊ cuſtodū ſimul ⁊ ſeparatim i ſuis adminiſtrationib⁹ ⁊ cuſtodijs: cū guardiani ⁊ duoꝝ de cōuētu loci diſcretoꝝ ſacerdotū et antiquoꝝ i ordie frm̄ cōſilio ⁊ aſſenſu duxim⁹ iudicio relinquendū: eoꝝ ſup hoc ſpecialiter cōſciētias onerātes. ¶ Hinc eſt ēt: qḋ cū vir ſctūs frēs ſuos i paupꝑtate ſumma: ac hūilitate fundare voluerit: quo ad affectū pariter ⁊ effectū: ſicut fere regula tota clamat: ꝯuenit ipſis: ꝙ nullo mō deiceps fieri faciant: vel fieri ſuſtineāt eccleſias: vel alia q̄cūqꝫ edificia: q̄ ꝯſiderato frm̄ ihabitantiū nūero: exceſſiua i multitudie ⁊ magnitudie debeāt reputari. Ideoqꝫ volum⁹: ꝙ vbiqꝫ i ſuo ordie deiceps: tēperatis ⁊ hūilib⁹ edificijs ſint cōtēti: ne huic tāte paupꝑtati ꝓmiſſe: qḋ patet oculis cōtrariū: foris clamet. ¶ Quāuis etiā paramēta ⁊ vaſa eccleſiaſtica: ad honorē diuini nois ordinentur ꝑpter quē oīa fecit ipſe deus: tñ q abſcōditoꝝ ē cognitor ad animū ſibi miniſtrantiū reſpicit p̄icipaliter nō ad manū: nec ꝑ illa ſibi vult ſeruire: q̄ ſuoꝝ ſuitoꝝ cōditioni ⁊ ſtatui diſſonarēt: ꝑpter qḋ ſufficere debēt eis paramēta ⁊ vaſa eccleſiaſtica decentia: i numero ⁊ i magnitudie ſufficientia competenter. Supfluitas aūt: aut nimia ꝑcioſitas: vel q̄cunqꝫ curioſitas i his ſeu alijs quibuſcunqꝫ: nō poteſt ipſoꝝ profeſſioni vel ſtatui conuenire. Cum eñ hec ſapiant theſaurizatiōnē aut copiā: paupꝑtati tante: quo ad humanū iudicium: derogant manifeſte. Quapropter ꝓmiſſa ſeruari a fratribus: volum⁹ ⁊ mādamus. ¶ Circa equoꝝ vero ⁊ armoꝝ oblationes: illud decernimus i oīb⁹ ⁊ ꝑ oīa obſeruandū: qḋ per declarationē p̄dictam: i pecuniarijs noſcitur eleemoſynis diffinitum. ¶ Ex ꝓmiſſis aūt ſuccreuit non parum ſcrupuloſa queſtio iter frēs: vꝫ vtrū ex ſue ꝓfeſſione regule obligentur ad arctum ⁊ tenuem: ſiue pauperē vſum rerū: q̄buſdā ex ipſis credētibus ⁊ dicētibus: qḋ ſicut quo ad dominiū rerum hn̄t ex voto abdicationē arctiſſimā: ita ipſis quo ad vſum arctitudo maxima ⁊ exilitas eſt idicta: alijs i contrarium aſſerētibus: ꝙ ex profeſſione ſua: ad nullū vſum pauperē: q non exꝓmatur i regula obligantur: lꝫ teneantur ad vſum moderatum tēperantie: ſicut ⁊ magis excōcedēti q̄ꝫ ceteri xp̄iani. Volētes itaqꝫ conſciētiaꝝ p̄dictorū fratrum prouidere q̄eti: ⁊ his altercationib⁹ finē dare: declarādo dicimus: ꝙ fratres

De nō cōgregādo frumētū abſqꝫ euidenti neceſſitate.

De nō recipiēdis edificijs ſumptuoſis.

De nō habēdis paramētis: ⁊ vaſis exceſſiuis.

Arti. viij. an frēs teneātur ad vſuꝫ paupeꝝ ex reglā.

minoꝛes ex ꝓfeſſione ſue regule ſpecial'r obligant̄ ad arctos vſus:ſeu pauperes q in ipoꝝ regula continent̄:⁊ eo obligationis modo:ſub quo ꝯtinet ſeu ponit regula dictos vſus. Dicere aūt:ſicut aliq aſſerere ꝓhibent̄:ꝙ hereticū ſit tenere vſuꝫ pauperē includi vel nō includi ſub voto euangelice paupertatis:ꝑſumptuoſuꝫ ⁊ temerariū iudicamꝰ.

Arti.ix.ꝺ electione:⁊ inſtitutiōe miniſtroꝝ ꝓuicialium.

¶ Demū:qꝛ ex eo ꝙ dicta regl'a ꝑ quos ⁊ vbi fieri debeat miniſtri generalis electio tradēs:nullaꝫ fecit de miniſtroꝝ ꝓuincialiū electiōe vel inſtitutiōe penitꝰ mētionē:oꝛiri ſup hoc poterat dubitatio inter frēs. Nos volētes poſſe ipſos clare ⁊ ſecure pꝛocedere in oībꝰ factis ſuis:declaramꝰ. ſtatuimꝰ:etiā ⁊ oꝛdinamꝰ hac ꝯſtitutiōe in ꝑpetuū valitura:vt cū alicui ꝓuīcie de miniſtro fuerit ꝓuidendū:ipſius miniſtri electio:penes capitulū ꝓuīciale reſideat:quā idē capitulū die ſeq̄nti qua fuerit ꝯgregatū facere teneat̄. Ipſius aūt electiōis ꝯfirmatio:ad miniſtrū ꝑtineat generalē. Et ſiqdē ad electionē hmōi ꝑ formā ſcrutinij ꝓcedat̄:⁊ votis in diuerſa diuiſis electiōes plures in diſcoꝛdia celebꝛari ꝯtingat:illa q̄ a maioꝛi parte capituli numero(nulla zeli vel meriti collatiōe ſeu ꝯſideratiōe habita)fuerit celebꝛata:exceptiōe ſeu ꝯtradictiōe quacūqꝫ alterꝰ partis non obſtāte:ꝑ dictū generalē miniſtrū:de ꝯſilio diſcretoꝝ de oꝛdine:(pꝛius tū ex officio:ꝓut ſpectat ad ipſuꝫ:diligēti examinatiōe p̄miſſa)ꝯfirmet̄:vel etiam infirmet̄:ꝓut eis ſ'm deū viſuꝫ fuerit expedire. Et ſi fuerit infirmata:ad capitulū ꝓuinciale electio hmōi reuertat̄. Ceteꝝ:ſi capitulū memoꝛatū die p̄dicta miniſtrū eligere p̄termittat:ex tūc miniſtri ꝓuincialis ꝓuiſio:ad generalem miniſtrū libere deuoluat̄. Verū ſi miniſtro p̄dicto ⁊ capitulo generalibus:ex certa.manifeſta:⁊ rationabili cauſa videret̄ aliqñ in ꝓuincijs vltramarinis hibernie.gretie.ſeu romanie(in qbus hactenus alius ꝓuidēdi modus ē:ex cauſa certa ⁊ rationabili ſ'uatus)expedire miniſtrū ꝓuincialē ꝑ miniſtrū generalē:cū ꝓboꝝ oꝛdinis ꝯſilio:potius q̄ꝫ ꝑ capituli p̄dicti electionē p̄fici:in ꝓuincijs hibernie:etiā vltra marinis irrefragabil'r:in romania ꝟo vel grecia:qñ miniſter dicte ꝓuīcie moꝛeret̄ vel abſolueret̄ citra mare:illa vice:ſeruet̄ abſqꝫ dolo partialitate:⁊ fraude(ſup quo eoꝝ ꝯſciētias oneramus) quod ſup hoc dictus miniſter:cū dictoꝝ pꝛoboꝝ ꝯſilio:duxerit oꝛdinādū. In deſtitutione vero dictoꝝ miniſtroꝝ ꝓuincialiū:ſeruari volumꝰ qd̄ ſup hoc hactenꝰ de ipſo oꝛdine extiterit obſ'uatū. ¶ Ceteꝝ:ſi ꝯtingeret eoſdē miniſtro gn̄rali carere:ꝑ vicariū oꝛdinis fiat ſup hoc:qd̄ faciēdū fuerit ꝑ eūdē miniſtrū:vſqꝫquo ꝓuiſuꝫ fuerit de generali miniſtro. Poꝛro ſiqd de hmōi miniſtro ꝓuīciali ſecꝰ attētari foꝛte ꝯtigerit:illd̄ ipſo facto ſit irritū ⁊ inane.

¶ Nulli igit̄ oīno hoīm liceat:hanc paginā nr̄aꝝ declarationū dictoꝝ cōmiſſionis.reſpōſionis.ꝓhibitionis.oꝛdinatiōis.mādationū.ꝯſtitutionuꝫ.iudicationū:⁊ volūtatū infringere:vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs autē hoc attētare p̄ſumpſerit:indignationē oīpotentis dei:ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apl'oꝝ eius ſe nouerit incurſurum.

## ¶ Incipit quedam conſtitutio:ſiue declaratio a dn̄o Joanne papa.xxij.edita ſup regulā eandē fratrū minoꝛū:de foꝛma ⁊ qualitate habitus:necnō de granarijs ⁊ cellarijs.

IOannes ep̄us ſeruus ſeruoꝝ
dei:ad ꝑpetuā rei memoriā. Quorundā exigit cece ſcrupulo
ſitatis ambiguū:ac ipſoꝝ quodammodo indocta ſciētia:ne
dixerimꝰ:ꝙ irreligioſa hoꝝ ſit vana:vel in hoc ſupſticioſa re
ligio:vt dū ſuis mauult temere ſub ꝯſcientie velamento con
ceptibus:ꝙ̄ prelatoꝝ ordinis ſui cū obedientie merito ꝓuide inherere ſentē
tijs:nos poſt predeceſſoꝝ nr̄oꝝ:ꝛ p̄ſertim fe.re. Nicolai.iij.ac pie memorie
Clemētis.v.romanoꝝ pontificū:ſup intellectu ꝛ obſeruātia regule ordinis
fratrū minorum declaratiōes ſalubriter editas:ſolidas qdem.claras:ꝛ luci
das:multaqꝫ maturitate digeſtas:nr̄as deo fauente indubias: ipſoꝝ prede
ceſſoꝝ declarationes declarationibus adiungamꝰ: ſicqꝫ dies diei eructet ꝟ
bum:ꝛ nox nocti ſciētiā manifeſtet:ne ꝑperam paucoꝝ dicti ordinis frm̄
(quod abſit)inſcitia:recta ipſarū declarationū verba ꝯuertens indeuium:il
laqꝫ ſuis(eis ꝓfecto ꝯtraria)accōmodans ſenſibꝰ:ingrata deo. ſupioribꝰ cō
tumax:p̄fato ordini detrahens.odioſa cōfratribꝰ.vnionē ſcindēs ſi valeat:
ac graue credat in ꝑpl'os ſcandalū allatura:qn potius vt nr̄a vehemēter fla
grat intētio:antedictis ꝓfligatis incōmodis:hec ſancta minoꝝ fratrum re
ligio(ad quā iamdudū cū minor nos gradus haberet:dilectiōis ꝛ deuotio
nis feruor incanduit:nūc vero poſt ſuſceptū a nobis apoſtolice ſeruitutis iu
gum:ad illius religionis gubernationē.ꝓtectionē. defenſionemqꝫ interius
exteriuſqꝫ ꝓpitiā paſtoralis cure ſollicitudo nos angit:paterne cogit proui
dentie debitū:ac iterne charitatis zelus accēdit)qeta pace cōgaudeat. ſancto
ꝓficiat ocio:in numero ac merito ꝙ̄ plurimū augeatur:blandeqꝫ in ſup re
deuntiū filioꝝ ſue ſcꝫ ꝓfeſſionis ruat in oſcula.mactet vitulū. eorūqꝫ libēs
ꝛ ſedulo corruat in amplexus. Profecto cū ꝛ ipſius religionis odor trahat:
charitas attrahat:ſciētia lucidet.orō mereat:que i conualle lachrymaꝝ: hu
iuſ ſcꝫ mundi miſeria:vel cordis contritione ꝛ humiliatione puriſſima:aſ
cenſiones in corde ſuo diſpoſuit:vt non ſolū de virtute i virtutem ꝓficiat'
ſed ꝛ in eiſdem virtutibus permanens:quaſi qbuſdam alarum ad ꝑfectio
nem tendētibus gradibus:de die i diem facta ſe melior:aſcendat in altiꝰ:ter
rena deſpiciat:ꝛ celeſtia complectat:ſicqꝫ tandē diuino munere collocata in
patria:tanto tūc deū:ſcd̄m hmōi eius ſancte aſcenſionis gradus cognoſcat
aptius:quāto nūc i huiꝰ ꝑegrinationis anguſtijs: illos cōſcenderet altiores.
Nam ſcd̄m dauid ꝓphetaꝝ eximiū:dū ſanctā eccleſiā deus ipſe ſuſcipiet:
in eiꝰ gradibus cognoſcet. Quapropter tantis incōmodis:tantiſqꝫ eiuſdē
ordinis excitati ꝑiculis:ꝛ ad illa ſalubribꝰ ꝛ opportunis ꝑ eiuſdē ſedis ꝓui
dentiā circūſpectam adhibēdis ſubmonenda remedijs: nr̄e ſollicitudinis
ſtudiū conuertētes:ad dei laudē:bti Franciſci preconiū:eiuſqꝫ p̄fati ordinis
pacem:cōſolationemqꝫ fideliū:necnon tantis minuſqꝫ habentibus inobe
diendi vl' euagandi occaſiones ſubducendā materiā:ꝛ ad trepidantiū:vbi
timor nō aderat:ſcrupuloſam caliginē detergendā:eoſqꝫ ſuauiter reducen
dos vt filios ad ipſius religionis gremiū velut matris:diligenti ſup his ꝑ
ſcrutatione:ꝛ matura deliberatione p̄habitis:de fratrū nr̄oꝝ conſilio: infra

Art.j. de forma ⁊ vilitate habitus nr̃i.

ſcriptas declarationes.cõmiſſiones.ordinationes:⁊ p̃cepta q̃ inferius inſe-
runtur:duxim⁹ adiũgendas. ¶ Jn p̃mis:cũ dicat̃ in regula ꝙ illi q ꝓmiſe-
runt obediẽtiã:habeãt vnã tunicã cũ caputio:⁊ aliã ſine caputio q h̃re vo-
luerint:itẽ ꝙ frẽs oẽs veſtimẽtis vilib⁹ induant̃:⁊ ſup p̃dictoꝝ v̄boꝝ ſen-
ſu a p̃fatis p̃deceſſorib⁹ nr̃is Nicolao ⁊ Clemẽte declaratiões:vt p̃dicit̃:lim
pide emanarint:dictuſq; clemẽs hui⁹ vilitatis iudiciũ. Miniſtris cuſtodi-
bus:ſeu guardianis ordinis p̃dicti duxerit cõmittendũ:eoꝝ ſup hoc ꝯſcien
tias onerãdo:nec ob hoc in qbuſdã ex fratrib⁹: antedicti ordinis:volẽtib⁹
plus ſapere q̃ oporteat ſapere:nouarũ adinuẽtiones ambiguitatũ ceſſaue-
re q̃ plurime:vł nõ oĩno nõ vetuſtaꝝ replicatio q̃ſtionũ:tã vcʒ ſup lõgitudi
ne ⁊ latitudine:quã grociſie ⁊ ſubtilitate:forma ⁊ figura veſtimẽtoꝝ ipſoꝝ:
qnimo adeo hmõi adinuẽtiões ⁊ q̃ſtiões ꝓꝑa exercuere licẽtia:vt ex eiſdem
fratrib⁹ aliq:habit⁹ ꝓpterea curtos.ſtrictos.inuſitatos:⁊ ſqualidos:nouita
te plenos:ac diſſidij nõ ignaros:cũ a cõmunitate ordinis diſcreparent aſſu-
merẽt:nec eos ad miniſtroꝝ.cuſtodũ:⁊ guardianoꝝ eorundẽ mãdatũ req-
ſiti deponerẽt:nec alios:ꝑut eiuſdẽ ordinis cõmunitas deferebat habitus:
iuxta eorundẽ miniſtroꝝ.cuſtodũ:⁊ guardianoꝝ arbitriũ occurrẽt reſumẽ
dos:dicẽtes in hoc eorũdem p̃latoꝝ ſuoꝝ nõ parendũ fore arbitrio:cũ ⁊ ſuũ
ſic deſpectũ:⁊ regularẽ:⁊ cruciformẽ aſſererent:ceteroꝝ vero ſupfluum habi
tum:irregularẽq; cenſerẽt:nec huic eoꝝ opinioni p̃fati clemẽtis declaratio-
nem ſepius repetitã obeſſe:nam lʒ miniſtris.cuſtodib⁹:⁊ guardianis prefa-
tis veſtiũ vilitatis detur in illa iudiciũ. Tamẽ inibi ꝯſeq̃ntur adiungit̃: ita
tñ ꝙ vilitatẽ in veſtib⁹ ſeruẽt:p̃ſertim cũ ⁊ in declaratiõe p̃dicti Nicolai di
catur:ꝙ ſemꝑ in eiſdẽ fratrib⁹ ⁊ eoꝝ actib⁹:pauꝑtas ſancta reluceat:ꝑut ip-
ſis ex eoꝝ regula iuenit̃ indicta:ac in ꝯſtitutionibus eiuſdẽ ordinis genera-
libus caueat̃:vt aſſerũt:ꝙ in oĩbus q̃ ad habitũ fratrum expectant :reluceat
ſemꝑ aſperitas.vilitas:⁊ pauꝑtas:vnde cũ nec pauꝑtatis.aſperitatis:vel vi-
litatis oblate ꝑ miniſtros:⁊ cuſtodes:⁊ guardianos veſtes exiſterent:nec ipſo-
rum ſupioꝝ ordinis ſui in deponẽdo veſtes quas gererẽt:nec in reaſſumen-
do quas darẽt:ſeq iudiciũ vllatenus tenebant̃. Generali miniſtro:⁊ ceteris
fratrib⁹ q ꝑ cõitate eiuſdẽ ordinis aderãt:ſuis rõnib⁹:quas breuitatis cau
ſa omittimus:ꝯtrariũ aſſerentib⁹ ex aduerſo:ꝑut hec ⁊ alia hincinde coraʒ
nob ⁊ eiſdẽ fratrib⁹ nr̃is:ſcripto lecta:verboq; fuere ꝓpoſita:ac ẽt corã aliq
bus ex fratrib⁹ nr̃is p̃dictis ſup hoc deputatis a nob: p̃ſertim ꝑ aliquos ex
fratrib⁹ dicti ordinis q in p̃dictis cõitati aduerſabant̃:fuerũt eadẽ pluries
repetita. Quo circa:nos serioſi⁹ rõnib⁹ p̃dictis auditis:⁊ alijs:illiſq; pleni⁹
intellectis:volẽtes ꝑpetuũ p̃fato finẽ dare negocio:de p̃dictoꝝ fratrũ nr̃orũ
ꝯſilio declaram⁹:⁊ dicim⁹:ꝙ cũ:ſicut ſupra p̃tangit̃:dicat̃ in regula :ꝙ frẽs
oẽs veſtimẽtis vilib⁹ induant̃:⁊ cũ vilitatẽ hmõi veſtiũ:tam habitus q̃ in-
terioꝝ tunicaꝝ:illã p̃fatus clemẽs intelligi debere decreuerit:q̃ ſcd̃m cõſue-
tudinẽ vel ꝯditionẽ patrie debeat quantũ ad colorẽ panni:⁊ preciũ:vilitas
merito reputari:atq; ꝯſeq̃nter hmõi vilitatis iudiciũ miniſtris.cuſtodib⁹:
ſeu guardianis p̃dictis:ipſoꝝ ſup hoc ꝯſcientias onerãdo duxerit cõmitten
dum:ꝑut in eiuſdẽ clemẽtis lr̃is ſup hoc ꝯfectis plenius contineť:eorundẽ

miniſtroꝝ. cuſtodum: ſeu guardianoꝝ eodē modo iudicio eſt relictū. Noſ-
qȝ nihilomin⁹ ꝑfatoꝝ miniſtroꝝ. cuſtodum: ⁊ guardianoꝝ iudicio preſen-
tium auctoritate cōmittimus determinare: vɫ arbitrari: ac ꝑcipe: cui⁹ lon-
gitudinis. latitudinis. groſſiciei: ⁊ ſubtilitatis: forme ſiue figure: atqȝ ſimiliū
accidentiū eſſe debeant tam habit⁹ ipſoꝝ q̄ȝ capucia: q̄ȝ interiores tunice: qb⁹
fratres oēs dicti minorū ordinis induant: ac inſup cui⁹ quanteqȝ vilitatis
iudui eos ipſis veſtimētis oporteat: ⁊ an in veſtimētis hmōi: ſcḋm regulā ⁊
declarationes eorūdem ꝑdeceſſoꝝ nr̄oꝝ: ⁊ ꝑfatas ordinis conſtitutiones: re-
luceat aſperitas. vilitas: ⁊ pauptas: vtrū ve quantū ad colorē. preciū. vilita-
tem. pauptatem quoqȝ: ac cetera accidētia ſupradicta: fratres veſtimētis in-
duātur vt debent: ſup qbus eorūdem miniſtroꝝ. cuſtodū: ⁊ guardianorum
ꝯſcientias oneramus: ſtatuentes ⁊ diſtricte ꝑcipiendo mandantes: quatenus
in ꝑdictis: ⁊ ijs ſimilibus: eoꝝ arbitriū. determinationē: ſiue iudiciū: genera-
lis qdem: in totius: ꝓuincialium ꝟo: in ꝓuinciarū miniſtroꝝ: ac cuſtodū: ⁊
guardianoꝝ adminiſtrationib⁹. cuſtodijs: ⁊ guardianijs ſiue ꝯuentib⁹ ordi-
nis memorati cōmiſſis eiſdē: frēs oēs ⁊ ſinguli ſeq oīmode: illiſqȝ parere ꝑ
oīa teneant: ac inſup: ꝙ illoꝝ ſeqndo arbitriū determinationē: ſiue iudiciū:
illiſqȝ parēdo: nec ſint: nec dici poſſint vel debeāt: nec ipſi ſeipſos autument
ſue regle: vel ꝯſtitutionū ſui ordinis trāſgreſſores: maxime cū nec exꝓſſe vel
determinate in ꝑdicta fratrū minoꝝ dicat̄ regła: vł declarationibus antedi-
ctis: quāte lōgitudinis: quāteqȝ latitudinis: quāte groſſiciei vł ſubtilitatis:
qualis forme: qualiſue figure hmōi debeāt eē veſtes: ſicut nec qualis: quante-
qȝ vilitatis eas eſſe oporteat: exꝑmit̄ in eadē: ſic quodāmodo eadeȝ vrgente
neceſſitate: eqtate nō impari: ꝟo ſenſu: veroqȝ id regle ſuadentib⁹ itellectu:
eiuſdē clemētis inherētes veſtigijs: ꝑfatoꝝ miniſtroꝝ. cuſtodū: ⁊ guardiano-
rum in ꝑdictis horumqȝ ſilibus fore iudiciū: declarare compellimur: illaqȝ
eis: vt ꝑdicit̄: cōmittere iuitamur. Non eñ particulariū oīm certa pōt dari
ſcientia: neqȝ horum: cū infinita ſint: ꝯtingit fieri diſciplinam. Non ars: nō
regła circūſtantias ſingłas: accidentiaqȝ cūcta complectit̄. Habent i illis mi-
nores ſubeſſe maiorib⁹: illis obſeq: illiſqȝ itendere: non i certis ſolū: verūetiā
in dubijs ⁊ icertis ꝑſunt artibus qbus obediant: ꝑſunt regulis qbus obtē-
perent diſciplinis: vt illarum finis egregius: debitis ſubſequentium mini-
ſtris ſubſequatur. Sic iudicās cūcta rimatur ⁊ diſcutit: leges applicat caſi-
bus: canonū decreta ſecernit. Sic morbus aggrauans medicum: ſic ꝟtus cō-
ſtans i medio: ſapientē prudentemqȝ depoſcit: ne ſi qſqȝ regatur vt appetit:
cōfeſtim corruat: vt non querit: neqȝ taliter conuenientibus: non ordo ſed
horror inhabitet adſit (quod abſit) diſcordia religans religio relegat̄: ſenten-
tie namqȝ variātur vt capita: ⁊ creſcit i ſtolidis opiniōibus fantaſia. ¶ Eo- Ar. ij. q̄ndo ꝑnt frēs face re ꝓuiſioneȝ in futurum.
dem modo: eiſdē quodammodo rōnibus iuitati: cum prefatoꝝ miniſtroꝝ:
⁊ cuſtodum: ſub certa forma: ſimul. ſ. ⁊ ſeperatim i ſuis adminiſtratiōibus
⁊ cuſtodijs: cum guardiani ⁊ duorum de conuentu loci diſcretorum ſacer-
dotum ⁊ antiquorum i ordine fratrū conſilio ⁊ aſſenſū ꝑfatus clemens iu-
dicio duxerit relinquendū: an ſit multū credibile ex iam exptis: ꝙ frēs ipſi
abſqȝ granarijs ⁊ cellarijs nō poſſint vite neceſſaria iuenire: quo caſu grana

ria ꝛ cellaria:ↄgregationes ꝛ obſeruationes hmõi eis ipſe conceſſit: prout in
p̄dictis eiuſdem clemētis lr̄is plenius continet̄:nos de p̄fatoꝝ fratrū nr̄oꝝ
conſilio:eoꝝūdem miniſtroꝝ:ꝛ cuſtodū:ſub eadē forma:iudicio preſentium
auctoritate ↄmittim⁹ determinare:vꝫ arbitrari:atqꝫ p̄cipere eo caſu:qualr.
vbi.quādo.quomodo:ꝛ quotiens granū.panē:ꝛ vinū ꝑ vite fratrū neceſſa
rijs:frēs ipſi q̄rere debeant:ↄſeruare ſiue reponere:etiā ſi reponenda ſint in
p̄dictis granarijs ꝛ cellarijs ↄſeruanda:ſtatuētes ꝛ diſtricte p̄cipiētes māda-
mus:q̄ꝺ in p̄dictis:ꝛ in his ſimilibus:eoꝝūdem arbitriū:determinatiōem:
ſiue iudiciū:generalis q̄dem:in toti⁹:ꝓuincialiū vero:in ꝓuinciaꝝ miniſtro
rū ac cuſtodū:ſimul ꝛ ſeparatim in adminiſtrationibus ꝛ cuſtodijs ordinis
memorati cōmiſſis eiſdē:cū guardiani tm̄ (vt ſupra d̄r) ꝛ duoꝝ de conuentu
diſcretoꝝ loci ſacerdotū ꝛ antiquoꝝ in ordine frm̄ conſilio ꝛ aſſenſu : frēs
oēs ꝛ ſinguli ſeq omnimode:illiſqꝫ parere ꝑ oia teneant̄:ac inſup: q̄ꝺ illoꝝū
ſcḋm arbitriū.determinationē:ſiue iudiciū:illiſqꝫ parendo:nec ſint : nec
dici poſſint:vel debeāt:nec ipſi ſeipſos autumēt ſue regl'e:vel ↄſtitutionum
ſui ordinis trāſgreſſores. Jdeoqꝫ oēs ꝛ ſingulos frēs antedicti ordinis mi-
noꝝ:q ſtrictos.curtos:ꝛ diſformes habit⁹:ab ipſi⁹ generalis miniſtri:ꝛ alio
rū frm̄ de dicta cōmunitate habitib⁹:corā no b ꝛ fratrib⁹ nr̄is:vel alias i ro-
mana curia detulerūt vel deferūt:monem⁹ ꝛ hortamur i dn̄o:eis nihilomi-
nus i ꝟtute obediētie:ac ſub excōicationis pena ꝑ apoſtolica ſcripta man
dantes:quaten⁹ ad mandatū ipſi⁹ gn̄alis deponāt quos deferūt habitus: et
alijs:iuxta ipſi⁹ gn̄alis arbitriū.determinationē:ſiue iudiciū:vt ſupra d̄r:in
duant̄:pſiqꝫ gn̄ali i oib⁹ iſtis ꝛ alijs ꝑ oia:ſcḋm bti Franciſci regulā:ꝛ pre-
dictas p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ declaratiōes.ↄceſſiōes:ꝛ cōmiſſiones i ipſis declara
tionib⁹ cōphenſas:ꝛ nr̄as ↄtentas in p̄ſentib⁹:hūiliter obediāt. pareāt:et
intēdant:nō obſtantib⁹ q̄buſcūqꝫ p̄uilegijs.idulgentijs.lr̄is. libertatibus.
immūnitatib⁹:vel exemptionib⁹ eis vel alicui ipſoꝝ a p̄fato Clemente con
ceſſis:vel appellationib⁹ ab eis.vel ipſoꝝ aliquo ad ſedē apoſtolicam inter-
iectis:q̄ in quantū poſſent derogare preſentib⁹:iurib⁹ vacuamus. Religio
namqꝫ perimit̄:ſi a meritoria ſubditi obediētia ſubtrahant̄. Magna q̄deꝫ
pauptas:ſed maior itegritas:boꝝūqꝫ obediētia maximū:ſi cuſtodiat̄ illeſa.
Nam p̄ma reb⁹ ſcḋa carni:tertia vero menti dn̄atur ꝛ aio:quos velut effre
nos ꝛ liberos:ditioni alteri⁹ hūili iugo ꝓpe volūtatis aſtrigit. Ad hanc er
go fratres p̄dicti:non iuiti:ſed ſponte redeāt:hāc velit ꝛ appetāt : hanc ma-
gnis deſiderijs ↄcupiſcant. Jlloqꝫ votis canticoꝝ igeminent:oſculetur me
oſculo oris ſui:charitatis vtiqꝫ ꝛ dilectionis:religionis hmōi obediētia ſan
cta purificans. Nam meliora ſunt vbera tua p̄ceptoꝝ.ſ. ꝛ conſilioꝝ : velut
q̄dam nutrientia pocula vino:vnguētis optimis:ſcꝫ bone fame:fragrantia
ſuauitatis odorem. Nec formident hi ad obediētiam ordis:deo auctore:dū
redeūt:nam prelatos ſuos (vt firmiter ſperam⁹ eiſqꝫ iniūgimus) ſibi benig-
nos ꝛ mites iuenient:ceteros dulces atqꝫ palpabiles:cū ſint ꝛ eſſe debeāt oēs
ꝛ ſinguli fratres i xp̄o clamitent. Quis mihi det fratrem meum:cōmuni. ſ.
beato franciſco congenitū:ſuggentē vbera matris noſtre:religionis vtiqꝫ ꝛ
pfeſſionis eiuſdem:velut matris:cōtemplationis ꝛ lctōis ſuauia ꝛ dulcia

pocula: vt inueniam te foris: ab eiuſdẽ obſeruantijs quodãmodo diſparẽ: ꝛ deoſculer: blande vꝫ itra charitatis viſcera te amplexãs. Et iam me: imo ꝛ te. nemo deſpiciat: pfecto quos foris poſitos: multi: ac ſi diuiſos ꝛ diſſidentes fortaſſe deſpexerãt: intus: putã infra dilectionis interne pcordia ꝛ cõformes obſuãtie clauſtra repoſitos: iam nemo deſpiciat. Sed ſuſcipientes eoſdem dulcedine: qſqꝫ digne laudibus efferat ꝛ ſuſceptos. Nulli ergo omnino hoim liceat: hanc paginã nr̃e declarationis. commiſſionis: ꝛ conſtitutionis. mandati. monitionis: ꝛ vacuationis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem. ꝛc. Datum Auinioni: nonis octobris pontificatus noſtri. Anno ſecundo.

¶ Notandum: q̄ vltra ſupraſcriptas Collector. tres fratrũ minoꝝ pontificũ regule declaratiões ſunt alie quattuor ab alijs ſummis pontificibus: vꝫ Gregorio. ix. Innocẽtio. iiij. Alexandro. iiij. et Gregorio. x. edite. Sed qꝛ oia in hmõi quattuor declarationib⁹ cõtẽta: tribus exceptis: in declaratiõe Nicolai. iij. ptinent ꝛ reliqua ibi poſita annullata ſunt: idcirco obſupfluitatẽ vitandã omiſſa ſunt. Tria vo illa ſunt iſta. De incorregibiliũ correctiõe. De cõformitate i officio diuino exoluendo extra domos nr̃as cũ clericis ꝛ alijs religioſis. Ne teneamur recurrere ad miniſtros in caſib⁹ reſuatis: pterq̄ in publicis. Sed quo ad iſtas non eſt opus dictis declaratiõib⁹. Nam quo ad pmũ recurrẽdũ eſt ad mare magnum: et ad quodã breue Alexãdri. vj. Alterũ de conformitate in officio diuino: extẽſius habetur in quadã alia bulla. Quo ad aliud de caſib⁹ reſuatis: recurrendũ eſt ad ſtatuta generalia ordinis: q̃ in hoc libello infra ponuntur.

¶ Incipit expoſitio quattuor magiſtrorum ſuper regulam fratrum minorum.

¶ Prologus.

Reuerendo in xp̃o patri nr̃i. N. ordinis minoꝝ ſm gñali miniſtro ceteriſqꝫ diffinitorib⁹ in ca. pgregatis: frater Gaufred⁹ cuſtos pariſiẽſis: frater Alexãder de ales: frater Jo. de rupella: frater Robertus de baſtia: ꝛ frater Ricard⁹ reuerẽtiã debitã ꝛ deuotã. Judicio examinatiõis ꝛ diſcretiõis vr̃e referim⁹ ea q̃ dño docẽte circa itellectũ rl'e: iuxta paupertatis nr̃e modulũ pcepim⁹ ſm iniũctã nob obediẽtiã in puinciali capitulo: iuxta hoc qd̄ in pcedẽti caplo diffinitoꝝ fuerat ordinatũ. Nouã aũt expoſitionẽ vel gloſaturã circa regulã nõ aſtruim⁹: ſicut a qbuſdã intẽtiõis pure dãnatorib⁹: ꝛ zelũ ſuũ in aiaꝝ piculũ ſuaꝝ: ꝛ ſrm ſcãdalũ puertẽtib⁹ pdicatur: immo ſimpliciter ꝛ pure intellectũ ipſi⁹ regle: q̃ oẽs nos ligat ꝛ cuius ignorãtia nullũ excuſat: nõ ex nr̃o ſenſu: ſꝫ ex ipſa lr̃a: vt potuim⁹: extrahentes ſm iniũctã nob obediẽtiã: iudicio vr̃o dirigim⁹ iudicãdũ: vr̃e ſentẽtie pluſq̄ nr̃o ſenſui in his ꝛ in alijs innitentes: interptationẽ: ſi alicubi neceſſaria fuerit: ſedi apoſtolice reſeruantes. ¶ Explicit plogus.

## ¶ Capitulum primum.

REgula ⁊ vita minoꝝ frm̄ hec eſt.ſ.dn̄i nr̄i ieſu xp̄i.ſ.e.obſuare. Sup hoc in expoſitione apoſtolica determinat̄ q̄ſtio facta a frib꜀:vcȝ vtruȝ ad aliq̄ ↄſilia euāgelij q̄ in regula nō ponunt̄:fr̄es ex ꝓfeſſione regule teneātur. Et breuiter r̄ſidetur ibi:ꝙ nō:niſi ad ea q̄ in ipſa regula ſe obligauerūt. Ad cetera ꝟo:ſicut xp̄iani ceteri. Et eo magis de bono ⁊ equo:quo ſe obtulerunt holocauſtuȝ dn̄o medullatuȝ. ¶ Sed adhuc q̄rit aliq̄s:q̄ ſūt iſta conſilia:ad q̄ fr̄es ex regula obligātur? Sȝ illud videtur exp̄ſſuȝ ex intētiōe beati frā. exp̄ſſa in teſtamento ꝙ ſcripſit ad hoc ꝙ fr̄es regulā ſpūalibꝰ obſuarent:vbi dicit. Ip̄e altiſſimꝰ reuelauit mihi:ꝙ ego deberē viuere ſm̄ formā ſancti euāg. Et ego eā paucis ac ſimplicibꝰ verb̄ feci ſcribi. Ex hoc determinaſſe videt̄ quātū ad q̄d ſcm̄ euāgeliuȝ fuerat obſeruāduȝ:qꝛ ſcȝ quātum ad ea q̄ ſimpliciter fecit ſcribi. Ad ↄſilia igit̄ euāgelica:ad q̄ ꝟba q̄ ſcribunt̄ in regula ligāt fr̄es. Vn̄ videt̄ iſta regula ſentētie nō ad alia ꝑtinere.

## ¶ Capitulum ſecundum.

SI q̄ voluerint hāc vi.ac.⁊ ve.ad fr̄es.n.⁊c. Querit aliq̄s. Sicut circa regulā ſue ꝓfeſſionis q̄rere ſolent aliq̄:vtr̄ illud ſit inſtructio vel p̄ceptū? Q̄d ſi dicat̄ eē p̄ceptū:fr̄es peccare mortaliter ↄuincuntur:ſi quemlibet religionē nr̄aȝ petentē nō mittāt ad miniſtros:q̄d nullꝰ auſus ē dicere. Videt̄ ergo ſcd̄ȝ inſtructionē:non p̄ceptū dici. Attēdēdū ergo erit in regula:q̄ dr̄ ſcd̄m inſtructionē:q̄ ſcd̄m ↄſiliū:⁊ q̄ ſcd̄m p̄ceptū. I.ē dictuȝ ſcd̄m inſtructionē:dictū videt̄ dupliciter. Nā aliq̄n inſtruimur in ijs q̄ tenemur obſeruare. Quale eſt illud q̄d dictū eſt in ca.p̄cedenti. Regula ⁊ vita ⁊c. Aliq̄n ꝟo in hoc ꝙ penſatis locis ⁊ circūſtātijs vtile eſt ꝑ locis ⁊ tꝑibꝰ obſeruare. Vt in p̄ſenti cap̄.dr̄:ꝙ fr̄es ad ſuos ꝓuinciales miniſtros mittāt ſuā religionē volentes intrare.⁊c. ¶ Seq̄tur. Quibꝰ ſolūmodo ⁊ nō.a.re. fr̄es li.ↄcedat̄.⁊c. Cōſtat ꝙ hoc dr̄ ſcd̄ȝ p̄ceptū. In hoc em̄ ꝙ recipiēdi fr̄es ſolis miniſtris licētia ↄcedit̄:ceteris om̄ibꝰ interdicitur. Tn̄ fuit circa iſtuȝ articuluȝ a frībꝰ dubitatū. Vtꝝ hec licētia poſſit ↄcedi vicarijs miniſtroꝝ ab eiſdē cū vadunt ad capl̄m gn̄ale? Et ap̄lica expoſitio dicit ꝙ non: qꝛ nec hoc ipſis miniſtris ꝑmittit̄:niſi eis ſup hoc ſpecialis licentia ↄcedatur:q̄bus gn̄alis miniſter ſicut ↄcedere:ſic ⁊ negare poterit licentiā ſupradictā. Cū tn̄ āte expoſitionē habitā: ip̄i miniſtri ex hoc capl̄o auctoritatē ordinariā recipiendi fr̄es ſe hr̄e putarent. In quo articulo videtur expoſitio intellectuȝ regule coarctare. Et poſtmoduȝ obtentuȝ fuit p̄uilegiuȝ circa iſtū articulū:ꝑ q̄d nō ſolū miniſtris recipiendi fr̄es licentia ↄceditur:ſȝ ēt ptās concedendi alijs:ↄcurrentibꝰ cauſis q̄ in ip̄o p̄uilegio ↄtinetur. Fuit ēt circa iſtum articulum adinuentuȝ pium ſophiſma ꝓpter vtilitateȝ ordinis:⁊ ſaluteȝ aīaꝝ. Vt cuȝ miniſter non poſſit hr̄i:⁊ aliqua valde vtilis ꝑſona peteret ordineȝ:ꝙ ſine intentione recipiendi:a frībꝰ habitꝰ ↄcedebatur. Sup q̄bꝰ maliuoli homines nos infamāt:⁊ q̄d p̄uilegiuȝ ſit:fr̄es q̄pluriſimi dubitāt. Nam ſi apoſtolica expoſitio teneatur:nō erit ſine magno detrimento religiōis. Nā ad miniſtrū mitti nō pn̄t ꝑſone vtiles q̄ ordinē petunt:⁊ aduentum miniſtri nolunt multotiens expectare. Si ꝟo p̄uilegium teneatur:obijciunt nob̄ ma

liuoꝝ:q regulã ⁊ expoſitionem regule nouerunt:ꝙ p ꝓuilegia impetrata ad nr̃aꝫ vtilitatẽ regulã relaxam⁹. Inſup nõ videtur ſecuꝝ aliqb⁹ frib⁹ recede re ab intentiõe regule quã vouerunt:obtẽtu alicui⁹ ꝓuilegij impetrati: qm̃ inſup conſimili modo timent in poſteꝝ corrumpere regule ꝟitatem. Nã ſi cut ab intentione regule receditur in p̃nti capitulo obtentu ꝓuilegij impetra ti:⁊ hoc ꝑpter euidenteꝫ vtilitateꝫ:in hoc caſu diſpẽſatiõe apoſtolica ſuffra gãte:ita ꝑpter manifeſtã q̃ alicui videbitur neceſſitateꝫ:vel vtilitateꝫ poteſt ꝓuilegia contra alios articulos regl'e impetrari. Si ergo ꝓdicta pietate ſr̃es ſicut conſueuerũt:ſopbiſmate accõmodatiõis habit⁹ vti velint: arguuntur dupl'r:nec apud maledicos infamia nob obiecta de ꝓuaricatione regule cõ ſopitur. Propterea diſcretio vr̃a attẽdat qualiter ſit circa iſtũ articulũ:quã tũ ad ꝯſcientiã:⁊ quãtũ ad famã ordinis ꝓuidẽdũ. Videt̃ eĩm aliqb⁹ ꝙ ſi ꝓ dict⁹ articul⁹ interꝑtatiõe apoſtolica de ordinaria ꝑtãte:vel auctoritate ſr̃es recipiẽdi itelligeret̃:ꝙ ſalua eẽt intẽtio regule:q₂ hoc mõ ãte expoſitionẽ cre debat. Et tũc moderamĩe adhibito ꝑ ſtatutũ gn̄alis capitl'i: poſſent miniſtri ſine offenſa diſcretis ſr̃ib⁹ demãdare:iuxta tenorẽ ꝓuilegij ĩpetrati:⁊ tũc oĩa ſalua eẽnt. ¶ Seqt̃. Miniſtri ꝟo dili.exa.e.de fide ca.⁊c. ¶ Determinãdum eſſet a ſede apoſtolica vtꝝ hoc ſit ꝯſiliũ vel ꝓceptũ: Sꝫ plan⁹ ẽ intellect⁹ vſqꝫ ad illuꝫ locuꝫ. Caueãt ſr̃es ⁊ e.mi.⁊c. Viſuꝫ fuit ſrib⁹ ex hoc loco:regulã ſr̃i bus interdixiſſe ſollicitudinẽ ⁊ ꝯſiliuꝫ diſtributiõis reꝝ:ſꝫ nõ ꝯſiliuꝫ eligẽ di ꝑſonã timentẽ deuꝫ:ꝑ cuius ꝯſiliuꝫ bõa ſua paupib⁹ erogentur. Videtur miniſtris ⁊ ſr̃ibus ꝓhibuiſſe:ſollicitudinẽ cupiditatis:⁊ ꝯſiliuꝫ q̃ libertas ve nientiũ ad ordinẽ in diſpoſitiõe ſuaꝝ reꝝ poſſet aliq̃teꝝ impediri. Vñ d₂ vt libere fa.d.re.ſ.q̃cq̃d dñs iſ.eis. Et dicit miniſtris q̃d faciẽt ſi ꝯſiliũ requirat̃. ¶ Seqt̃. Poſtea cõ.eis pa.ꝓbationis ⁊c. ¶ Hic q̃ritur ſi liceat ſr̃i hr̃e duas tu nicas:vel plura veſtimenta? An qđ videtur dicendũ:ꝙ hr̃e duas tunicas ⁊ nõ plures:regularis eſt forme:plures ꝟo duabus hr̃e:diſpenſationis ẽ regu le:auctoritate illoꝝ qb⁹ ẽ ꝯmiſſa cura ſr̃m. Vñ ⁊ de ſrib⁹ induẽdis d₂ iſra:ꝙ miniſtri ſolli.curã.ge.⁊c. ¶ Seqt̃. Finito ꝟo ãno ꝓbationis re.ad.o. ¶ Hic q̃ritur an guardiani ⁊ cuſtodes poſſint ſr̃es recipe ad obedientiã q₂ licitũ ẽ qđ nulla lege ꝓhibetur? Cũ ergo nõ ſit ꝓhibita eis receptio ad ꝓfeſſioneꝫ ex regula:videtur eſſe ꝯceſſa:⁊ hãc etiã habuerunt nonnulli. Sꝫ ecõtra. Si qđ minus eſt ꝑma.ſ. ſr̃m receptio:ordinatione ⁊ auctoritate ſit eis penitus inter dictũ:ꝑ ꝯñs nec qđ mai⁹ ẽ.ſ.receptio ad ꝓfeſſionẽ ex regula videt̃ eis eẽ cõ ceſſuꝫ. Qđ ſi teneat̃ ꝙ cuſtodes nõ recipiãt ãno ꝓbationis finito:continget multotiens magnũ ꝑiculũ animaꝝ:⁊ ordinis detrimentuꝫ. Propterea ſalua intentione ⁊ ꝟbis regule:q̃ circa hec indifferenter ſe hñt:expediens videt̃:ꝙ cuſtodes abſente miniſtro poſſint ſr̃es recipe ad ſocietatem ꝓfeſſoꝝ. Mini ſtri ꝟo cũ venerint recipiãt eos ad obediẽtiã ꝓfeſſoꝝ. ¶ Seqt̃. Et nullo mõ licebit eis ⁊c. ¶ Videtur ex hoc ſcrupul⁹ dubitatiõis oriri. Utrum peſtiferi poſſint licite poſt ꝓfeſſioneꝫ a religione expelli? Qđ non eſſe licitum? q̃dã ar guunt ex hoc loco. Sꝫ manifeſtũ eſt ꝙ nõ ꝓhibet̃ expulſio puerſoꝝ.ſ.abſci ſio putridoꝝ mẽbroꝝ illis q̃bus cura corꝑis eſt ꝯmiſſa. Sꝫ exitus a religio nis ꝓfeſſis interdicit̃ vniuerſis. Videtur ẽt ꝑ ꝯuertẽtiã regule nec licitũ nec

An liceat ſr̃i bus hr̃e du as tunicas vl' plures.

cōceſſu; vt lr̄e dimiſſorie dētur eiectis:ſed pn̄t dari lr̄e notificationis expulſiōis eorꝫ. Tn̄ ſup hoc apl'ica decretalis videt nos coarctare:nō ſolū vt non expellant̄ puerſi:ſ; ēt vt exqrat̄ a ſuis paſtorib⁹:i religiōe quā pfeſſi ſunt penitentiā facturi. Vn̄ neceſſariū erit vt apl'ica iterptatio qrat̄:vtrū illa decretalis nos liget:qꝛ nō poſſum⁹ tales i locis nr̄is tenere:nec i neceſſarijs ſuſtentare. ¶ Seqt̄. Et q neceſſitate cogūt po. por. cal. ꝛc. ¶ Solēt qrere frēs:qd dicat̄ poſſe:qd neceſſitas:ꝛ qd calciamēta? Vtrꝫ etiā ſolee ꝛ calige coopiētes tibias tm̄ dicat̄ calciamēta?ꝛ an calciari ſit ꝓhibitio regule? Ad qd̄ dicēdum videt̄:ꝙ poſſe:licere dicat̄:iuxta illd̄. Hoc ſolū poſſum⁹:qd̄ de iure poſſumus. Neceſſitas ꝟo nō determinat̄ vno mō:ſ; plurib⁹ modis. Aliqn̄ ꝟo determinat̄ ſm ſtatū pſone:qꝛ debilis vel ifirma. Aliqn̄ ſm tps:qꝛ vehemēs frig⁹ ē. Aliqn̄ ſm locū:qꝛ nudis pedib⁹ nō pōt ſine detrimēto trāſiri. Aliqn̄ ſm iter offm̄ iniūctū:qꝛ nō poſſit ſine detrimēto pſone vel cauſe ꝓpter quā iniūctū ē pfici. Calciamētū dici nō pōt ꝓpe niſi qd̄ opit pedes. Nec calige trūcate inter calciamēta deputari vident̄. Calciari ꝟo diſpēſatiōis ē regl'e i neceſſitate:nō calciari ꝟo:regularis ē forma vite. Videt̄ tn̄ alijs:ꝙ oē quod ad calciamentū ptinet:diſpēſatiōis ē minoris vt i ſoleis:aut maioris vt i ſoleis ꝛ caligis:aut maxime vt i ſotularib⁹ ꝛ caligis. ¶ Seqt̄. Et frēs oēs veſtimētis vili. in. ꝛc. ¶ Querit̄ qd dicat̄ veſtimētū vile? Et ſm itellectū rl'e vilitas attēdit̄ i pcio pariter ꝛ colore:ſ; eſtimationē hoi; regiōis i q frēs morāt̄.

De calciamētis qn̄ ꝛ quō liceat portare.

## Capitulum tertium.

Clerici. fa. di. of. ꝛc. volūt dicere aliq frēs ꝙ iſtud denotat diuinum officiū ſm ordinē romāe eccleſie:ſm quē differt breuiariū nocturnū ꝛ diurnū. Vn̄ volūt dicere ꝙ vtrūq; breuiariū. ſ. diurnū qd ē miſſale:ꝛ nocturnū qd̄ eſt horaꝝ:reſpicit qd̄ dr̄. Ex quo. v; tpe poteſt hr̄e breuiaria. Sup hoc nr̄m nō ē diffinire:ſi hoc vel aliqd aliud ſit dicēdū. Itē cū leuitas ſit i nob̄ maxime reprobāda:ꝛ frēs multi ꝓniores ſint ad ocium ꝗ̄ ad orōnē:ꝛ i paucis locis cōparatiōe partis reſidue ſint ſtudentes: ꝛ frēs clerici ad faciēdū offm̄ diuinū. ſ. ro. ec. teneāt̄:mutatio facta officij multū grauat. Tū qꝛ poſſum⁹ argui leuitatis a tpe ꝯſtitutiōis rl'e officio ter mutato:nec occaſionē ocij frib⁹ pſtare ē ſecuꝝ:nec aliquo mō expedit a breuiario fr̄ibus q ſtudēt qb⁹ ſciētie occupatio ē ſalubris:ne p puilegiū ipetratū ab obligatiōe regule ſint ſecuri:niſi de officio mutato qd̄ ſit ſm ordinē ro. ec. ꝯſtiterit euidēter. ¶ Seqt̄. Et ieiunēt a feſto oi;. ſ. ꝛc. Quidā abuſiue de hoc articulo qd̄ infra dr̄:de oib⁹ cibis q ap. e. li. māducare:dicūt:ꝙ pn̄t i carnib⁹ ieiunare. Qd̄ quante abuſiōis ſit:pt; cuilibet. Ieiunēt ergo d; itelligi:cibo ieiunātiū:ſm ꝯſuetudinē hoi;:ꝛ maxime religioſoꝝ terre i qua morāt̄. ¶ Seqt̄. Alijs aūt tē. nō te ꝛc. (Volūt qdā ex hoc dicere:ꝙ nō tenēt̄ ieiunare i qttuor tpib⁹:ſiue in alijs ieiunijs gn̄al'r ab eccleſia iſtitutis. S; ſicut religio frm̄ minorū nō aufert mihi xp̄ianitatē:ſic nec tollit mihi ieiuniū xp̄ianoꝝ. Nō igit̄ predicta exceptiōe ieiunia eccleſie excludūt̄. ¶ Seqtur. Tpe ꝟo ma. ne. non. te. ꝛc. ¶ Querit̄ hic qd dicat̄ illa manifeſta neceſſitas:q a ieiūio nos abſoluit? Et intelligendū eſt hec neceſſitas nō vno mō:ſ; multis modis. Contingit eñ neceſſitas comedēdi. Aliqn̄ rōne etatis. Aliqn̄ rōne infirmitatis:vel debili-

tatis. Aliqñ rōne laboris. Aliqñ rōne ſuſtētatiōis. ¶ Seqꝛ. In quācūqꝫ do.
intra .ꝑ.di.paꝝ huic do. ⁊c. Iſte articulus videtur dicere ſcōm monitionē:
nō ſcōm ꝑceptū. ¶ Seqtur. Et ſcōm .ſ.euāge. de oibus cibis ⁊c. Cōſtat ꝙ
iſtud eſt conceſſionis. Unde habemus ex regula q̄dam conceſſionis: quedā
inſtructionis: q̄dam admonitionis: q̄dam ꝑceptionis.

## ¶ Capitulum quartum.

PRecipio vt firmiter fra. v. vt nullo mō dena. vel pe. re. ⁊c. Hic ē. q. — Q. ꝑma qđ
neceſſaria. Quid dicaꝛ pecunia? Nā cōſtat ꝙ pecunia dicit aliud ꝙ̄ — dicaꝛ pecūia
denarius. Quid etiā ſit recipe ꝑ ſe vel ꝑ inter. ꝑſo? Ad ꝑmū ꝑ interꝑ
tationē dicit ꝯſtitutio antiqua: pecuniā eſſe qcqd recipiꝛ vt vēdaꝛ. Unde li
bri ⁊ calices: ſi reciperētur intētiōe vt auctoritate friū poſtmodū vēderētur:
inter pecuniā cōputanꝛ: q̄ intētio denarioꝝ eſt in ſic recipiēte: qꝛ qđ vendiꝛ:
denarijs vēdiꝛ. Sꝫ cū in pñti caplo ꝓhibeaꝛ receptio reꝝ quarū frēs nō pñt
hr̄e vſuꝫ: viſuꝫ aliqbꝰ ē: gñā aliquaꝝ reꝝ tāgi ꝑ denarios ⁊ pecuniā. Preter
ea viſuꝫ fuit aliqbꝰ: denarios ꝯſtitui i pecuniā nūeratā: pecuniā ꝟo dici oēꝫ
illā rē qua ſolēt vti hoies cū opportunū ē ad ꝓciū reꝝ emēdaꝝ: vt auꝝ: argē
tū: ⁊ ſi qđ tale ſit quo ꝓ denarijs ad ꝓciū reꝝ emēdaꝝ hoies vterēꝛ. Aliqbus
ꝟo viſuꝫ ē: in ꝓhibitiōe receptiōis pecunie: oīs rei receptionē ꝓhiberi q̄ ad
vſuꝫ neceſſariū nō recipiꝛ. Alioqn videꝛ ꝙ poſſumꝰ recipe nō intētiōe ven
dēdi: pānū. veſtes. bladū: gēmas ⁊ tpe neceſſitatis nō vēdere: ſꝫ ꝓ alijs rebꝰ
vt libris ⁊ victualibꝰ cōmutare. Prohiberi ergo videꝛ receptio reꝝ ad ven
dēdū. cōmutādū: ⁊ ad theſaurizādū: qꝛ i oibꝰ iſtis rei poſſeſſio vl' ꝓꝑetas de
claraꝛ. Iſti ꝟo capl'a rl'e nō diſtinguūt: nec ꝓhibitiōes. Cōſtat eñ ꝙ in ſeqn
ti caplo oīs rei ꝓꝑetas interdiciꝛ: ſꝫ nō vſꝰ. In pñti ꝟo caplo q̄rūdā reꝝ: q̄
noie denarioꝝ deſignāꝛ: oino vſꝰ ⁊ ꝓꝑetas ꝓhibeꝛ. Sꝫ ꝓꝫ iura pecūia ē: qcqd
apciaꝛ nūerata pecūia: vt aliqd emaꝛ. Nā ꝓꝑe qđ emiꝛ: ꝓcio nūerate pecūie
emiꝛ. Sꝫ ſi ſpēs alicuꝰ rei ꝓ ſpē alteriꝰ rei daꝛ: cōmutatio ē: nō emptio. Si
ꝟo taxeꝛ vel eſtimeꝛ ꝓ nūerata pecūia: vel ꝓ alia re deꝛ: emptio ē: q̄ ꝓꝑe non
ꝯtrahiꝛ niſi pecūia mediāte. Videꝛ ergo hoc ꝓhiberi receptio denarioꝝ: et
quarūlibet reꝝ q̄ accipenꝛ ad ꝓciū reꝝ vēdēdaꝝ. ¶ Quid ſit recipe pecuniā — Q. ij. qd ſit
q̄riꝛ: Nā q̄dā res recipiūꝛ in ꝓꝑetatē ⁊ nō i vſuꝫ: q̄dā in vſuꝫ ſꝫ nō in ꝓꝑe — recipe pecu
tatē: q̄dā ꝟo in vſuꝫ ⁊ ꝓꝑetatē. Dicēdū ergo ꝙ receptio cuiuſlibꝫ rei ꝓhibe — niam.
tur fri minori in ꝓꝑetatē: infra ca. vi. Receptio ꝟo reꝝ aliqꝝ: ꝯceditur ad
vſuꝫ. Receptio aūt denarioꝝ ⁊ pecuniaꝝ: ⁊ q̄ntū ad ꝓꝑetatē: ⁊ q̄ntū ad vſū
ꝓhibeꝛ oino: ⁊ ꝑ ſe ⁊ ꝑ interpoſitā ꝑſonā. ¶ Queriꝛ qđ ſit recipe ꝑ ſe vel iter — Q. iij. qd ſit
poſitā ꝑſonā: Per ſe pecuniā recipe: ē pecuniā ad ꝯuertēdū in ſuos vſꝰ acci — recipe pecu
pere. Recipe ꝟo ꝑ interpoſitā ꝑſonā eſt: ſua auctoritate aliuꝫ ſubſtituere ad — niā ꝑ ſe vel ꝑ
recipieñ. pecuniā in vſꝰ ꝓꝑos ꝯuertēdā. ¶ Circa hoc emergūt dubitatiōes — interpoſitaꝫ
de pecūia q̄ ab aliq̄ ꝯferꝛ ad neceſſitatē friū: ⁊ de pecunia alicui cōmiſſa: ( ⁊ — perſonam.
de pecunia a loco ad locū trāſmiſſa. Et in his oibꝰ gñalr tenēdū ē: ꝙ aucto
ritate friū nō pōt pecunia cōmitti: nec recipi: nec cōmiſſa ſicut ꝓꝑa repeti vel
expendi: nec noie friū pecunia deponi vel deferri. ¶ Qualiter aūt circa pecu
niā q̄ ꝯferꝛ: vel ꝑ neceſſitate pñti vel imminēti ſe debeāt hr̄e frēs: apoſtolica
expoſitio dicit ſufficienter ⁊ expſſe. ¶ Qualiter aūt circa pecuniaꝫ alicui cō

miſſam ꝓpter neceſſitatē frm̄ ſe debeāt hr̄e: In eadē expoſitione dn̄i pa. dr̄ ꝙ
poſſint ad illū ꝑ ſuis neceſſitatibꝰ recurrere: ⁊ neceſſaria ſicut a dn̄o recipe.
Hoc excepto forte: ꝙ cōmiſſariꝰ nec ſua: nec frm̄ auctoritate pecuniā a dn̄o
ad aliquē vſuȝ vel neceſſitatē determinatā: pōt in vſus alios cōmutare: niſi
vbi a dn̄o recepit ſup hoc ptātē: vł eiꝰ ad hoc p̄ſumpſerit volūtatē. ¶ Qualr̄
ꝟo circa pecuniā trāſmiſſaȝ ꝑ nūciū q ptātē cōmittēdi alicui a dn̄o nō rece
pit: qd agēdū ſit: nō immerito dubitatur? Nā nec iſte: nec fr̄es pn̄t alicui cō
mittere ꝙ ſit ꝓcurator pecunie expēdende. Propterea viſuȝ ē aliqbꝰ ꝙ eſſet
auctoritas ⁊ volūtas dn̄i regrēda. Qđ ſi cōmiſſiōis mētionē fecerit: vel per
nunciū auctoritatē p̄ſtiterit: vel aſſenſuȝ: qđ in hoc fiet ꝑ nunciū: tutū erit. Et
ſup hoc eēt aplica expoſitio regrēda. Utꝝ aūt ↄmiſſariꝰ poſſit alicui cōmit
tere pecuniā apđ ſe depoſitā ſm̄ ꝙ expediret frm̄ neceſſitatibꝰ ꝓuidere: maxi
meq; aliqn̄ ponit̄ ab extraneo: cuiꝰ auctoritate nō pōt aliqn̄ iterato ↄmitti.
Et videt̄: ꝙ ex quo abſolute dn̄s pecuniā frm̄ neceſſitatibꝰ đſtinauit: ꝙ pote
rit alteri ↄmittere: ſi nō p̄ſumat đ ↄtraria dn̄i volūtate. ¶ Seq̄t̄. Tn̄ ꝑ neceſ
ſitatibꝰ īfirmoꝝ. ⁊c. Sȝ nūqd ꝑ alijs neceſſitatibꝰ q̄ꝫ ꝑ iſtis pn̄t eē ſolliciti: vt
ꝑ domibꝰ ⁊ libris? Dicēdū ꝙ ī expoſitiōe dn̄i pa. videt̄ ꝙ ſic: vbi idiſtīcte lo
q̄t̄: qūo ꝑ neceſſitatibꝰ pn̄t hr̄e recurſuȝ cui elemoſyna ē ↄmiſſa. ¶ Itē q̄rit̄
ſi miniſtri ⁊ cuſtodes tm̄ ſollici. cu. gerāt: qūo ꝑ ꝓcuratores cura gerit̄ q non
ſūt miniſtri nec cuſtodes? Sȝ mi. ⁊ cuſto. debēt ſollicitā curā gerere ꝑ aucto
ritatē: alij ꝟo nō: ſȝ debēt ſoll. cu. ge. ꝑ miniſteriū. Et apđ miniſtros ⁊ cuſto
des reſidet auctoritas diſtribuēdi ⁊ veſtes ⁊ alia: ſicut opꝰ ē. Guardiani ꝟo
ītelligūt̄ ſicut mi. ⁊ cuſ. q; ſic ſolebāt p̄mitꝰ noiari. Itē ex hoc ꝙ hic dr̄ ſolli
citā. cu. gerāt: qdā arguūt: ꝙ ſic nō lȝ: nec ligna: nec caleū: nec legumina: nec
ſal vſq; ad mēſaȝ: vł panē ⁊ vinū ad hebdomadā q̄rere nō liceret. Itē vlte
rius volūt arguere: qđ ſi pn̄t ad hebđaȝ: pn̄t ad mēſeȝ: eadē rōne ⁊ ad annū
poterūt ſibi ꝓuidere. Itē hoc idē arguūt de fructibꝰ q ſemel ī āno renouāt̄:
p̄cipue hoc regrēte neceſſitate. In ↄtrariū ꝟo ē: q; euāgelica vita nō nouit ꝓ
uiſionē ī craſtinū. Unū ī matth. dr̄. Nolite ſolliciti eē ī craſtinū. Nā aūt frm̄
minoꝝ ē ſcđm̄ euāgeliū obſuare: ergo nō debēt ī craſtinū ꝓuidere. Itē pegri
ni nō ꝓuidēt ī poſteꝝ ī locis ꝑ q̄ trāſeūt victualia. Sȝ ſicut đr īfra caplo. vj.
Fr̄es tāq̄ꝫ pe. ⁊ adue. debēt ī pau. dn̄o famlari. Itē q̄rit̄ ſi de qbuſdā rebꝰ cō
cedit̄ fr̄ibꝰ ꝓuiſio: q̄re ſilr̄ de oībꝰ alijs neceſſarijs ꝓuidere nō licebit. Et vi
det̄ p̄ſatis hinc inde ſentētijs rl̄e: qđ ſolū exigēte neceſſitate pn̄t ſibi fr̄es ī po
ſteꝝ ꝓuidere: ita tn̄ qđ nec diuturnitate: nec reꝝ q̄ntitate vel q̄litate ī ꝓuiſiōe
quā faciūt in rebꝰ ſibi neceſſarijs forma paupꝑtatis excedatur.

## Capitulum quintum.

FRēs qbus dedit dn̄s grām laborandi labo. ſi. ⁊c. ¶ Queritur vtruȝ
iſtud intelligatur eſſe p̄ceptum. Et videtur qđ ſic ex forma dicendi: ⁊
ex intētione bti. f. quā in ſuo teſtamēto exp̄ſſit: vbi dicit. Oēs fr̄es vo
lo qđ firmiter laborent ⁊c. Grām ꝟo laborādi dicit: artē vel idoneitatē quā
libet: velut donū gratis datū hȝ a deo. ¶ Seq̄tur. Ita tn̄: qđ ex. oc. ⁊c. Sub
ꝓtextu huiꝰ ꝟbi regule volūt carnales defenſare ſuā ocioſitatē: ⁊ dicūt in ſe
extingui oronis ſpm̄: cū eis ſupiores aliquē laborē iniungūt. Sȝ orationis ⁊

deuotionis ſpūs non dr̄ extingui: qm̄ non eſt ſollicitatio talis laboris p̄ quā impediātur ab oronib⁹ ſm regulā determinatis. ¶ Seqtur. De mercede ꝟo laboris. ꝛc. ¶ Circa iſtā partē q̄ritur. An ſicut fres recipiūt libros: ꝛ alia qb⁹ licite vti pn̄t: poſſint etiā recip̄e neceſſaria circa ſuū artificiū: ꝛ ex eis operarī aliqd: qd̄ poſtea darēt p̄ corꝑalib⁹ neceſſitatib⁹ acqrēdis: vt ꝑgamenum de quo faciūt libros: ꝛ coriū de quo faciūt ſotulares: ꝛ hmōi? Quot ſi diceretur qd̄ ſic: poſſent ſilr recip̄e auꝝ ꝛ argētū ꝛ metalla de qb⁹ fabricarēt monetā: ꝛ alia p̄cioſa: de qb⁹ ſibi neceſſaria cōparēt. Quibuſdā indiſtincte videtur: qd̄ nullā pn̄t materiā recip̄e: ſꝫ ſolū ſuū artificiū in alteri⁹ materia p̄ habendis neceſſarijs p̄ſtare. Et hoc ꝑpter ꝓꝑetatē rei q̄ comitatꝰ materiā: q̄ ſic recipitur vt vēdatur. Alijs ꝟo in materia videtur diſtinguēdū. Eſt em̄ q̄dā materia ineſtimabilis vel inap̄p̄ciabilis. Un̄ ſi aliqs faciat ex tali materia: totuꝫ p̄ciū ꝓuenit ei ex arte: ſicut in ſcorijs ꝛ calatis q̄ fiūt ex iūcis: ꝛ hmōi. Et talis materia nulli⁹ boni ē cōputāda. Et dicūt qd̄ talē materiā pn̄t accip̄e. Materiā aūt ap̄p̄ciabilē: ſicut ſunt pelles. coria. lane: ꝛ hmōi non pn̄t accip̄e: qꝛ eoꝝ receptio ꝓprietatem inducit.

## Capitulum ſextum.

FRēs nihil ſibi appropient: nec do. nec locū ꝛc. Circa partēꝫ iſtā dicit apoſtolica expoſitio: qd̄ nec in cōi: nec in ſpeciali debēt fres ꝓꝑetateꝫ hr̄e. Sꝫ vtenſiliū ꝛ libroꝝ: ꝛ eoꝝ mobiliū q̄ lꝫ hr̄e: ordo habeat vſum tm̄. Cui⁹ ꝟo debeat ꝓꝑetas locoꝝ eē: ſatis ibi exp̄mitur. Sꝫ cui⁹ ſit ꝓꝑetas alioꝝ mobiliū: ibi nō determinatur: niſi qd̄ non pn̄t alienari: aut extra ordinem cōmutari ſine ꝯſenſu vel auctoritate ro. ec. aut cardinalis q̄ fuerit ordinis gubernator. Videtur aliqbus ex hoc: q̄rentib⁹ cui⁹ ſit mobiliū ꝓꝑetas: ſatiſfactū. Alijs ꝟo videtur: ꝑpter ꝯſcientias ꝛ infamiā oblocꝗntiū abolendā exp̄ſſe: qd̄ ei⁹ eſſet ꝓꝑetas mobiliū quemadmodū ꝛ locoꝝ. ¶ Hic īcidūt dubitationes plures. Quid eſt appropiare? An fres poſſint emere: vendere: cōmutare: mutuū ꝯtrahere: locare: impignorare: donare: accōmodare. ¶ Si q̄ritur: qd eſt appropriare: dicendū qd̄ appropriare eſt rem ſuaꝫ facere: ſeu in ſuū dn̄ium ꝯuertere. Sua aūt res eſt: q̄ trāſijt in arbitrij facultatem vt de ea faciat hn̄s qd̄ vult: vtendo: donādo: cōmutādo: pignorādo. ¶ Si q̄ritur an fres poſſint emere. Videtur qd̄ ſic: ex expoſitione vbi dr̄. Si fratres voluerit aliquā rem emere: vel ſolutionem facere p̄ re iā empta. Sꝫ in contrariū ē: qꝛ ꝯtractus emptionis ſemꝑ ſit p̄ſtita pecunia vel p̄cio: qd̄ non poteſt facere q̄ nullā ꝓprietatem poteſt habere. Ad quod videtur dicendum: quod emere dr̄ tribus modis. Primo modo dr̄ emere: de p̄cio rei emende ꝯuenire. Alio modo dr̄ emere: ſolutionem rei empte procurare. Et his duobus modis poſſunt fratres emere. Alio modo dicitur emere: pecuniam vel precium pro re dare. Et hoc modo non poſſunt fratres emere. ¶ Si queritur vtrum poſſint vendere. Dicendum: quod vēdere dicitur dupliciter. Uno modo rem propriā in alienū dn̄ium p̄ p̄cio transferre. Et hoc modo vendit illi q̄ habꝫ rei dn̄ium. Iſto modo non pn̄t fratres vendere. Alio modo vendere dr̄ de re aliqua p̄ciū accip̄e ſiue recip̄e. Et hoc mō ſeruus auctoritate dn̄i poteſt vendere. Et hoc mō lꝫ fr̄ibus vendere. Licet tā ſm ſuā ꝓfeſſionem turpe ꝛ in-

Pr̄a. qu. qd ſit approp̄are

Scd̄a. q. an frēs poſſint emere.

iij. q. an frēs poſſint vēdere.

Que. iiij. an frēs poſſint mutuare.

honeſtū eēt. ¶ Itē ſi q̄rit̄ an frēs poſſint mutuare. R̄ndet̄: ꝙ mutuare dr̄ pro
prie: de meo tuū facere. Et hoc mō nō lȝ fratrib⁹: q2 ē ꝯtractus ꝓpetatis. Et
hoc mō q mutuat: ad ſolutionē ſe obligat. Alio mō dr̄ impropꝛe: bōa fide ad

Q. v. an frēs poſſint com modare.

ꝓcurādū: nō ad faciēdū ſolutionē ſe obligare. Et hoc ſolo mō pn̄t frēs mu-
tuare. ¶ Itē ſi q̄rit̄ de ꝯtractu cōmodatiōis. Nā differt ꝯtract⁹ mutui a cō-
tractu cōmodatiōis. Nā in mutuo trāſfert̄ dn̄iuȝ oīnoꝝ accōmodato nō.
Dicēdū: ꝙ ꝯtract⁹ accōmodatiōis vno mō iportat reſtitutionē. Et hoc mō
frēs: q nihil hr̄e pn̄t: nō pn̄t aliqđ accōmodatū hr̄e. Alio mō pōt dicere, pcu-

Q. vj. an fratres poſſint locare opera ſua.

rationē vel ſolutionē rei reſtituēde bona fide. Et hoc mō nō iportat obliga-
tionē realē: ⁊ hoc mō pn̄t. ¶ Si q̄ritur an frēs poſſint locare opas ſuas: dicē
dū: ꝙ ſi locare iportat cū pacto de mercede ꝯuenire: nō pn̄t. Si ꝟo locare di
cat ſine pacto: mercedē ſuſtētatiōis expectare: pn̄t. ¶ Si q̄rit̄ an frēs poſſint

Que. vij. an frēs poſſint ꝯmutare res q̄s hn̄t i vſu.

cōmutare res quas hn̄t in vſu: dicēdū: ꝙ rē aliquā ſua auctoꝛitate i aliā mu
tare nō lȝ: ſȝ auctoꝛitate dn̄i p̄ſumpta vel accepta pn̄t res ꝯceſſas ſibi ad vſū:
in alias magis neceſſarias ꝯmutare. ¶ Si q̄rit̄ an frēs poſſint impignoꝛare:
ſimilis ē r̄ſio: q2 alicui rē vt ſuā obligare nō pn̄t. Auctoꝛitate ꝟo dn̄i rem

Que. viij. an frēs poſſint i pignoꝛare.

ſibi ꝯceſſat: poterūt ꝑ neceſſarijs obligare. ¶ Si q̄rit̄ vtrū poſſint donare ꝑ
prie: dicēdū ꝙ cū nullā rē habeāt ꝓpꝛiā: ſua auctoꝛitate nō pn̄t tribuere. tn̄

Q. ix. vtruȝ frēs poſſint donare.

auctoꝛitate dn̄i p̄ſumpta: vel p̄habita: rē ſibi ꝯceſſam ad vſum pn̄t alteri cōce
dere. Tn̄ ad ſecuritatē ꝯſciētiarū: petēda eēt auctoꝛitas dn̄i cardinalis: q ex-
pꝛimeret in ſcriptis de oībus reb⁹ mobilib⁹: ⁊ minutis q̄buſcūqȝ ꝑ ſuperto
res diſpēſandis: ſiue in cōmutādo: ſiue in pignoꝛādo: ſiue in accōmodādo:
ſiue in donādo: ⁊ ꝓcuratoꝛib⁹ neceſſitatū fratrū cōcederet auctoꝛitatē ſuaȝ
vēdendi: ſi fuerit neceſſe: quū immineret fratribus aliqua vehemēs neceſſi-
tas. ¶ Seq̄tur. Sed tanq̄ ꝑegrini ⁊ aduene. ⁊c. Querit̄ q̄d ſit iſta pauptas:
ad quā tenent̄ frēs? An. ſ. ꝓhibeat̄ eis ne poſſint aliq̄d fixū ad ſuſtentationē
hr̄e: ſicut aliq̄ ꝑſone voluerūt oꝛdinare redditū ꝑpetuū: quo in aliquo loco
ſuſtentarent̄ frēs: ita ꝙ aliqua ꝓpetas apud eos nō reſideret. Itē querit̄ an
pauptas iſta ad quā tenent̄ frēs ꝓhibeat eis ne poſſint habere territoꝛia de q
bus ꝑ culturam ⁊ induſtriā ſuam: oīs ſuſtentatiōis ſue neceſſaria procura-
rent: ita ꝙ pꝛop̄etas penes alium reſideret: vt ſicut habent hoꝛtos ad olera ⁊
fructus: ita haberent vineas ⁊ agros? Ad qđ dicendum: ꝙ cum ſit duplex
neceſſitas euangelice pauptatis: ſicut dicunt ſancti. ſ. pauptas impfecta que
cum pauptate ſp̄ūs nihil ſupfluum retinet tp̄ale: ſed ſolū retinet qđ eſt neceſ-
ſitatis. Alia vero pfecta: q̄ cū voluntate ſp̄ūs: nec ſupfluū nec neceſſariū vite
tanq̄ pꝛopꝛiū retinet: ſed ex dei ꝓuiſione pendent: q̄ pauptas dr̄ mendicita-
tis. Hec vero videt̄ pauptas fratrū minoꝛū: q̄ hic determinatur. Unde attē-
ditur in duobus. Unū eſt vt nō recipiāt aliq̄d fixū: ſicut redditūȝ: ⁊ hec eſt.
Qm̄ tanq̄ ꝑegrini ⁊ ad. in pauptate debent dn̄o famulari. Aliud ꝙ debent
habere: pauptatē quantū ad vſum: vt taliter ſint paupes: ꝙ etiam ſint men-
dici. Unde etiā additur vadant ꝑ eleemoſyna confi. ¶ Seq̄tur. Et vbicū-
qȝ fratres ſe inue. oſtendant. ⁊c. Hic euidenter oſtenditur ꝙ perfecta chari
tas debet eſſe inter fratres quātum ad ſignū: quātum ad affectū: ⁊ quātum
ad effectū. Unde quātū ad ſignū dicit: oſtendāt ſe do. Inuicē inter ſe. Quā-

tum ad affectum dicit:qꝛ ſi mater.⁊c.Et quantum ad effectũ ſubiungit.Et ſi qs eorum i infirmitatem.⁊c.

¶ Capitulum ſeptimum

SI q fratrum inſti.ini.⁊c.Expoſitio apoſtolica determinat vtruꝫ iſtd̕ debeat intelligi de peccatis publicis vl̕ occultis.Sed ex hoc qd̕ dr̕:ꝙ ꝓ pctis debeãt recurrere ad mi.volunt qdã aſtruere ꝙ ex regla detur miniſtris cura aiaꝝ frm̃.Ex hoc vo ꝙ ſeqtur.Iniũgi fa.ꝑ alios ſa.ordinis. arguunt ꝙ mi.hñt auctoritatẽ curã delegandi:ſicut abſolutiões.

¶ Capitulum octauum

VNiuerſi frẽs vnũ de fratribꝰ iſtiꝰ re.te.ſemꝑ hr̃e ge.mi.⁊c.Hic mouent qſtionem:vtrũ iſtd̕ qd̕ ꝑ fratres ⁊ mi.ge.⁊ miniſtros alios fuerit ordinatũ in capitulo gñali de coarctatione poteſtatis ge. ⁊ ordinatione forme capituloꝝ ⁊ electione:poſſet a ge.mi.ꝓcipiente in ꝯtrariũ penitus mutari.Qd̕ quedã arguũt ex hoc ꝙ dr̕:ꝙ frẽs te.ei fir.obe.Et cõſtat ꝙ caplm̃ ⁊ frẽs nõ pñt regulã immutare.Sed cũ ex intentiõe regule ſit ꝙ celebretur caplm̃ ge.ad ca.vo.ꝑtinet ordinare ea ꝑ q̃ poteſt religionis puritas ⁊ ꝑfectio cuſtodiri:ita ꝙ a nemine ſupioꝝ vel inferioꝝ poſſit aliquatenꝰ violari:ergo ſi ca.ge.ꝓpter vitandũ religiõis ꝑiculũ coarctat ge.ptãtẽ:aut prouincialiũ miniſtroꝝ:⁊ aliqua alia ſalubria ordinat ꝑ frẽs gñaliter obſeruanda auctoritate regule q̃ ꝓſtat ca.ge.ꝑ ge.mi.nõ poterit infirmari.Pari ẽt rõne qd̕ de ꝯſenſu ſupioꝝ ⁊ inferioꝝ ordinis fuerit gñaliter ordinatũ in cap̃.ge. ⁊ ꝑ pon.ſe.ap.approbatũ:nõ poterit ꝑ ſolos inferiores aliquatenꝰ cõmutari:maxime in illis in qbus eſt ordinatio vel limitatio ptãtis.¶Seqtur.Et ſi aliquo tp̃e ap.vni.mi.ꝓuincialiũ ⁊ cu.⁊c.¶Querit̃ qd dr̕ vniuerſitas? Et ſm iura vniuerſitas dr̕ maior pars.Notãdũ eſt ẽt:ꝙ nomẽ cuſtodis ſe extendit ad ge.mi.⁊ ad alios miniſtros:ſicut ex alijs locis regule põt ꝯſtare. Nomẽ vo guardiani nũq̃ in regula iuenit̃. Unde dicũt qdã ꝙ obedire guardianis ex regula nõ tenent̃.Propterea expediret vt nomẽ guar.tolleret̃ ⁊ cuſtodes ſiue miniſtri domus ꝯuenientius dicerentur.

¶ Capitulum nonum.

FRatres non ꝓdicent in ep̃atu alicuiꝰ ep̃i cũ ab eo.⁊c.Prius qſitum fuit a fratribꝰ:vtrũ gñalis miniſter poſſet aliqbꝰ cõmittere illud.Reſpondit papa Gregoriꝰ ꝙ nulli abſenti põt gñalis cõmittere in qua expoſitione veſtre intentio regule coarctari.Nam ep̃i ꝑ alios examinãt ordinandos.Cancellariꝰ pariſiẽſis examinat ꝑ alios in magiſterio licẽtiandos: quare ſil̕r ꝑ alios gñalis miniſter non poterit examinare.Poſſet meliꝰ aliqñ ꝑ teſtimoniũ examinare ſciẽtiã vel vitã ꝓpriã.Iſtũ articulũ regule relaxat ꝓuilegiũ impetratũ.Timet̃ aũt a multis ꝙ ſimiliter ꝑ alia impetrãda ꝓuilegia:poſſet tota ꝑfectio ordinis in poſteꝝ relaxari.Propterea nõ videt̃ in ꝯſciẽtijs ſecuꝝ:a regula quã vouerũt recedere ꝑ aliqua ꝓuilegia impetrata. Nec occurrit ꝓpter qd̕ ꝓuilegia impetrata circa articulũ receptiõis:⁊ ꝓdicationis debeãt tollerari:niſi qꝛ ꝑ illã relaxationeꝫ nihil carnale:aut tp̃ale religioni accreſcit:ſed ſolũ ꝙ pure ⁊ ſimpliciter ſpũale.

¶ Capitulum decimum.

F Ratres q ſunt miniſtri. ⁊c. Et ſeqtur. Non precipientes eis alquid. ⁊c. Queritur qd dr contra aiam: Nunqd contra aiam dr ſoluꝫ qd eſt mortale peccatum: Et videtur ꝙ contra aiam dr non ſolum peccatum: immo illud quod eſſet hmōi incentiuum ⁊ proximum ad peccatuꝫ. Ut audiendo confeſſiones: vbi fragilitas carnis impugnat acriter aliqueꝫ. Contra regulam videtur eſſe non ſolū quod eſt contra precepta regule: imo quod eſt contra ſtatuta ordinis ad ſeruandam regule puritatem. ¶ Seqtur. Et vbicunqꝫ ſunt fratres q ſci. ⁊ cog. ¶ Querit̄ qd ſit regulam ſpūalr obſeruare? Et videtur obſeruantia regule ſpūalis: obſeruantia ſecundum rigorē: ſiue ſecundum puritatem ſuam: ſine occaſione ad malum. Unde ſpūaliter non poſſe ſeruari: poteſt intelligi: aut non poſſe ſeruari regulam ſecundum ſuum rigorem: ſiue ſecundum ſuam puritatem: vel ſine occaſione proxima ad peccatum. Alijs vero videtur: ꝙ illud referendum ſit ad locum: quum ſcꝫ fratribus rōne loci preſtatur impedimentum: ne pure poſſint regulā obſeruare. Ut qr loco eſt annexa ꝓprietas: vel cura aliquarum aiarum: ad quā rōne loci fratres neceſſarie tenentur.

## ¶ Capitulum vndecimum.

P Recipio firmiter fratribus vni, ne habeant ſuſ. conſortia: vel conſilia mu. ⁊c. Queritur quid ſit ſuſpectum conſortium. Dicendum: ꝙ ſuſpectum conſortium dicitur: non ex vna cauſa: ſed ex pluribꝰ: vt ex genere actus: ex circunſtantijs loci: temporis: frequentie: perſone: ⁊ huiuſmodi: que patent cuilibet intuenti. ℭ Sequitur. Et ne ingre. mo. mona. ⁊c. ℭ Apoſtolica expoſitio determinat hoc capitulum generaliter obſeruādum. Et determinat dimiſſiones propter quas poſſumus ire ad loca monialium: ita tamen ꝙ non ingrediamur interiores eorum officinas ſcilicet cauſa eleemoſyne petende: ⁊ predicationis faciende. Circa quod dubitatur: vtrum pro alijs cauſis honeſtis: vt pro audiendis cōfeſſionibus: vel cōſulendi in ſpūalibus: ⁊ huiuſmodi poſſint ire: Et ſi interiores eorum officinas: vt clauſtrum: ⁊ capitulum quando in generalibus proceſſionibus vadunt communiter cum populo: poſſint ire: vel cum epiſcopis in capitulo predicare? Unde ſuper hoc eſſet apoſtolica expoſitio requirenda. ℭ Super his igitur: ⁊ que omiſſa reſtant: veſtra diſcretio prouideat qualiter ad conſcientiarum ſecuritatem: ⁊ ordinis vtilitatem: per ſedem apoſtolicam diſpenatur. ⁊c.

## ℭ Explicit expoſitio quattuor magiſtrorum ſuper litterā fratrum minorum.

## ¶ Hec eſt quedam breuis expoſitio: et verissima intentum regule fratrum minorū: a ſanctis prib⁹ ordinis edita.

### ¶ Incipit capl'm primū: in quo ſunt q̄ttuor p̄cepta.

**R**Egula ⁊ vita minorum fratrū hec eſt. ⁊c. Hoc eſt p̄ceptū. Et ſcd̄m expoſitionē quattuor magiſtroꝝ lr̄am exponentiū: inſtruimur in ijs q̄ obſeruare tenemur. Et ſunt oīa illa q̄ p̄ceptorie: vel inhibitorie: ſeu ſub ꝟbis eq̄pollentibus exp̄muntur in regula. In q̄bus cōtinetur q̄cq̄d fuit impoſitum apoſtolis ſub p̄cepto: ad curam paſtoralē non ptinēs.

**Frater franciſcus promittit. ⁊c.** Eſt euidens preceptum.

¶ Et alij fratres teneantur ⁊c. Hoc etiam eſt preceptum.

### ¶ Seq̄tur ſcd̄m capitulū: in quo ſunt duodecim precepta.

**S**I q̄ voluerint. ⁊c. Mittant eos. ⁊c. Hoc inſtructoriū eſt q̄d agere debeāt circa idoneos. Et nihilomin⁹ obligatoriū ē q̄ꝺ iuuēt idoneos: ⁊ nō retrahāt eos amore carnali: vl' odio. Et hoc importat ꝟbū mittāt.

**Quibus** ſolūmodo: ⁊ nō alijs ⁊c. Preceptū eſt vt ſoli miniſtri poſſint recipe: vel q̄b⁹ ipſi diſtricte ꝯmittūt ſm declaratiōez.

**Diligenter examinent.** ⁊c. Dicāt illis ꝟbū ſancti euāgelij ⁊c. Preceptū ē miniſtris.

**Vadant** ⁊ vēdāt omnia ſua ⁊c. Preceptū eſt hāc regulā volētibus aſſumere. Ex his trib⁹ patet quod hic ſtatus ad receptionem nō admittit qui neſciant reſpondere de fide: nec poſſunt eſſe adhuc domini rerum ſuarum: vel hanc regulam finito anno vouere.

**Quod ſi facere non potuerint.** ⁊c. Expoſitio eſt p̄cedētes p̄cepti.

**Et caueāt frēs.** ⁊c. Et hoc ē p̄ceptū p̄hibitoriū: q̄ꝺ nec frēs nec miniſtri ſolliciti eē debeāt: nec ꝯſiliū dare ſup diſtributiōe reꝝ itrātiū ordinē: vt ſit receptio puriſſima ſine ſimōia vl' ſigno.

tis:modo ſupradicto:⁊ ſepulta mortua:exeãt ſine mora. Et ſi viſum fuerit

abbatiſſe ꝛ cōuentui: ꝙ ꝓ aperienda ſepultura: vel poſtea coaptāda opꝫ aliquem intrare: ſit licitum ꝯfeſſori vel alicui alij ad hoc idoneo ꝛ honeſto cuꝫ duob⁹ vel vno ſocio intrare. ¶ Et q2 frēs minores ſine ſpeciali licentia non pñt intrare: ꝛ licētia in oib⁹ caſib⁹ ſupradictis (excepto qd̓ ꝯcedit gñali) eſt generalis: vꝫ ꝓ cōfeſſorib⁹ clericis ſiue alijs: ideo Gregori⁹. ix. in ſpecie ꝯceſſit fratrib⁹ minorib⁹ deputatis obſequijs monaſterioꝝ monialiū ſctē Clare: vt ꝓ ope exercēdo monaſterioꝝ: vel illis ꝯſeruādis ab incēdio: ſeu latronib⁹ defendēdis: aut ꝓ ꝯfeſſionib⁹ audiēdis: ꝛ extrema vnctione: ꝛ alijs ſacramē tis: infirmitate cogēte adminiſtrādis: ac ſepeliēdis corꝑib⁹ decedētiū: poſſint intrare: ꝑut dictū eſt ꝙ in regula ṗdictaꝝ ꝯtinet. Habet iſta bulla. in ſecūda impꝛ̄ſſione. fo. cxxxj. ¶ Sed aduerte: ꝙ excōicatio nō intelligit cōtra īgredientes alia monaſteria q̄ꝫ ſctē Clare ꝛ ſancti Dñici. Et ꝓpterea ſi frater minor intraret aliud monaſteriū: lꝫ eēt trāſgreſſor ſue regule: nō tñ excōicatus: niſi ꝑ capl'a vel ṗlatos imponeret.

Queſtio. Utrū ingredientes monaſteria tertiariarū ſint excōicati.

℃ A tñ vtrum frēs minores incurrāt excōicationem intrādo monaſteria tertij ordinis: cum dicat Eugenius (vt ſupra dictum eſt) ꝙ frēs ita ſe habeāt ſicut cum monaſterijs ſancte Clare: Dicūt aliqui ꝙ nō: q2 illud de Eugenio quo ad excōicationem: pōt intelligi de tertiarijs ſeruātib⁹ clauſurā. tu videris. ¶ Et lꝫ alique cōceſſiōes inueniant in libris ordinis vel alibi: in aliquo relaxātes ṗdicta: tñ (ſicut eſt cōfeſſio ita abſolutio) cum frēs minores teneant ex uoto nō intrare monaſteria aliqua ſine licentia ſpeciali dñi pape: ꝛ ꝯceſſiones ṗdicte ſunt forte gñales ꝛ ſine cauſa legitima ꝛ ꝯſenſu religioſoꝝ obtente: q̄ quātum valeāt: ꝯſcientia reqſita dicat: ꝛ ṗlati ordinis declarent: licet hoc iam non oporteat: cum Leo. x. nouiſſime circa hoc ꝓuiderit ꝑ breue dicens. Qd̓ lꝫ ꝑ regulam ſctē Clare: ꝛ regularia ſtatuta: ꝓuide fuiſſet ꝓuiſum: qñ ꝛ q̄uo intrādum eēt clauſuras monaſteriorum: q2 tñ rectores ꝛ cōfeſſores monialium: latius q̄ꝫ debebāt: ꝛ min⁹ timorate licentijs apoſtolicis: nō exiſtente illo neceſſitatis caſu: ſed ꝑ qualibꝫ leui cauſa vtebāt: ſub eterne maledictionis interminatiōe: in v̓tute ſancte obediētie ꝓhibet: ꝙ nullus frater: aut alius cuiuſcūqꝫ ṗheminētie aut officij ſit inter frēs: monaſteria ṗdictarum monialium intret: niſi in caſibus in eaꝝ regul'a ꝛ conſtitutionib⁹ ordinis ꝯtentis. Non obſtātibus qbuſcunqꝫ ꝓuilegijs ꝛc. Et ita intraturus dicta monaſteria: ſi vult euadere trāſgreſſionem ſue regule: ꝛ laq̄os cēſurarum: legat ṗmo regl'am ṗdictarum monialiū: ꝛ videat ſi caſus ꝓ quo vult itrare ē de ꝯtētis ibidē: quos ꝓpterea hic ſupra poſuim⁹ ſicut in regl'a iam dicta ponunt: ꝛ ꝑ Bñdictū. xij. in ſuis ꝯſtitutiōib⁹ ſpecificant. Et ita nō ē fidēdū in ꝯceſſiōib⁹ ṗteritis: aut ꝯſuetudinib⁹ corruptis.

Aduerte ſequētia circa acceſſum ad monaſteria monialiuꝫ.

℃ Quo ad acceſſuꝫ tñ ad loca ad q̄ communiter ſeculares accedūt: poſſunt ꝓuinciales licentiare ſubditos ſuos: cōſideratis ꝑſonarum ipſorum qualitatibus: ꝛ cauſis rationabilib⁹: ꝛ legitimis exiſtētib⁹: ad monaſteria q̄cunqꝫ etiam ſancte Clare. Hoc apparet ꝑ duas cōceſſiōes q̄ habent in ſupplemento ordinis. Prima eſt fo. xcix. conce. ccclxix. Scd̓a eſt. fo. c. cōce. ccclxxviij. Prima iſtarum nō eſt in libris Monumētorum ordinis. Scd̓a eſt in ſecunda impꝛ̄ſſione. fo. lxix. conce. cxlj. Inferiorib⁹ autem ṗlatis: etiā ſi ſint cuſtodes: nō inuenit cōceſſum ꝙ poſſint licentiare ſuos ſubditos gñalr ad ṗdicta

loca exteriora:būn tñ incertis caſibus. Ucʒ pro pdicatione: ⁊ eleemoſyne peti-
tione: ⁊ hoc ad certa monaſteria: prout videri poterit in Monumentis ⁊ in
Supplemēto. ſo. Nec decipiat̃ qs ex illa pceſſione Nicolai.v. ⁊ Pij.ij. in q-
bus continet̃: ꝙ frēs qñ mittunt̃ poſſint de licentia ſuoꝝ platoꝝ ire ⁊c. Nā
illa ſe reſtringit ⁊ limitat: dicēs: poſſint intrare ⁊ pdicare. ſcʒ in locis exterio-
ribꝰ. Nā vult dicere: ꝙ pñt ad pdicandū intrare loca pdicta qñ mittūt̃. ⁊c.
⁊ nō gñaliter p quacūqʒ cauſa. Et in illis caſibus: pñt plati inferiores phibe
re predictā licentiā p ſupiores: vel capitula: ſicut burdegalie in .c. gñali factū
fuit: ⁊ freqnter fit: vt hoc ſpecialiter reſuet̃ miniſtris. ¶ Attendenduʒ tñ eſt:
vtrum q pñt licentiā dare ſuis ſubditis: poſſint licentiare ſeipſos? Et videt̃
ꝙ non: p argumentū a ſili. Nam lʒ cōceſſum eſſet miniſtris ⁊ cuſtodibus ꝙ
poſſint abſoluere a certis cenſuris ſuos ſubditos: ⁊ diſpenſare: tñ pꝑter hoc
non minus obtenta fuit alia conceſſio: ꝙ id qđ poterāt cū ſubditis: poſſent
confeſſores p ipſos electi cū dictis platis. Ut habet̃ in mari magno. ¶ Item
lʒ epi ſupiores: ⁊ alij prelati inferiores immediate exempti poſſint abſoluere
ſuos ſubditos: tñ ad hoc ꝙ poſſint ipſi abſolui ab alijs q̃ʒ ſupioribus ſuis:
pceſſum fuit p pˀuilegiū .c. vltimo de peni. ⁊ re. ¶ Item nemo ſeipm̃ baptiza
re poteſt .c. Debitū. de baptiſ. Nā nemo generat nec regenerat ſeipm̃. Et ſic
videt̃ hoc gñale pro alijs caſibus ⁊ diſpenſationibꝰ: vcʒ. ꝙ prelati q habent
ſupiores: habeāt licentiā ab eis: vt ſui pfeſſores poſſint cum ipſis facere qcqd
ipſi poſſunt cum ſuis ſubditis. Nam diſpenſatio reqrit cauſe cognitionē:
⁊ nemo poteſt eſſe iudex in cauſa ſua.

¶ De teſtamento btī Franciſci prīs noſtri.

**Vigeſimo ſcđo.** dicit: ꝙ frēs nō tenēt ab obſuātiā teſtamen ti: qđ dr feciſſe btūs Franciſcus. Nico.iij. §. Ceteꝝ cū ſcē memorie.

¶ De reuocatione pcedentiū declarationum.

**Vigeſimo tertio.** dicit: ꝙ in oībus ⁊ ſinglis articulis hic in iſta declaratiōe ptentis (lʒ in alijs lrīs apli-
cis inueniant̃ ipſi vel eoꝝ aliq) iſta pſtitutio ordinatio ⁊ declaratio tm̃ a fra-
tribus inuiolabiliter ⁊ pciſe obſeruet̃. ¶ ADDITIO. Et p pñs. Dicit: ꝙ
in articlis hic ptentis: reuocat declarationes ſuoꝝ predeceſſoꝝ: ſcʒ Grego.ix.
Inno.iiij. Alexan.iiij. Grego.x. ⁊ ſi q̃ alie lrē inuenirent̃ antique cōtinentes
aliquem articulum hic contentum. In articulis autem alijs: in ſuo manent
vigore. Et ſolum ſunt tres. ſ. de expulſione incorrigibilium. Et ꝙ frēs poſ-
ſint ſe conformare in diuino officio cum alijs. Et ꝙ regula noſtra q̃ dicit ꝙ
frēs peccantes teneant̃ ad miniſtros recurrere: intelligat̃ de manifeſtis prout
ſupra. Aduerte tñ: ꝙ nō propterea tollit̃ quin capitula poſſint reſuare occul-
ta: ſicut per conſtitutiones habemus. Et adhuc prelati ⁊ Guardiāi poſſunt
reſeruare caſus prout Alexan.vj. conceſſit. Uide in Supplemen. fo.iij. Sed
quantum ad Guardianos reuocatum eſt iam per capitulum generalem ce-
lebratum Aſſiſij. M.D.xxvj.

Nicolaꝰ. §. Ad hec.

Additio.

¶ Quod legat̃ iſta declaratio in ſcolis. Ex qua ap
paret regulam frm̄ minorum eſſe ſanctam ⁊ perfe-
ctam: quam approbat.

Nico.§.Cũ igiť ex ꝑmiſſis.

Addítio.

**Uigeſimoquarto.** dicit: qđ cũ ex ꝑdictis cũ multa maturitate ꝑ ipſ diſcuſſis: appareat regulã frm̃ minoꝝ eſſe nõ ſolũ licitũ qnimo ſanctã ⁊ ꝑfectã: illã ⁊ declaratione iſtã approbat ⁊ ꝯfirmat: ⁊ vult exiſtere ꝑpetue firmitatis: ꝑcipiẽs diſtricte in vĩtute obedientie: qđ legať in ſcolis ſicut alie decretales. ¶ ADDITIO. Et ita voluit eſſe notã toti mũdo. Qđ ſi attẽderẽt aliq (facta collatione cũ extrauagãtib⁹ Jo. xxij.) intelligerent quãti eẽnt vigoris: ⁊ nõ impĩnerẽt illas de nouo cũ alijs extrauagãtib⁹. Maxime cũ (⁊ ſi aliqñ valide potuiſſent eſſe) iam diu eſt qđ reuocate ſunt: inquãtũ tãgere pñt ſtatuꝫ frm̃ minoꝝ: vt apparet in ꝑmo cap. ꝯſtitutionũ q̃ vocanť Martinianę: in ꝓñ. Jtẽ quo ad votũ paupꝛtatis. Qđ etiã approbauit poſtea Martin⁹. v. vt habeť in monumẽtis ordinis. fo. xxviij. Et in ſcđa impſſione. fo. xxxvj. Et aliq alij ſummi põtifices poſtea receperũt in ſe ꝓprietatẽ ⁊ dñium reꝝ qbus frẽs vtunť: vt Leo. x. ꝓut habeť in Supplemẽto. fo. xv. Et hoc idẽ Nico. v. oñdit ꝑ quandã bullaꝫ q̃ habeť Valiſoleti: ſub plumbo.

¶ Ponit modũ legendi iſtã declarationẽ: ⁊ penas cõtra aliter facientes: ⁊ cõtra mordentes ⁊ detrahẽtes ⁊c..

Nicola⁹. §. Gloſſantes.

Addítio.

**Uigeſimoquinto.** Precipit ſub pena excõicatiõis ⁊ ꝑuatiõis officij ⁊ bñficij: vt cũ legi ꝯtigerit ꝑſentẽ ꝯſtitutionẽ: fideliť ad lrãm exponať: nõ adducẽdo ꝯcordãtias: ꝯtrarietates ſeu diuerſas aut aduerſas opiniões ⁊c. Et ne detorqať ad aliud q̃ʒ ipſa intẽdit vel deprauet ei⁹ intellect⁹. Nec fiãt gloſe ſup ipſam: niſi q̃ʒtũ grãmaticaliter ſufficiãt ąd hñdũ lrãlẽ ſenſuꝫ. Et qđ gloſſantes illã in ſcriptis aliter q̃ʒ dictũ eſt: ⁊ lectores ſeu doctores cũ docẽt in publico: deprauãtes deliberate ⁊ ex certa ſciẽtia intellectũ hui⁹ declaratiõis: ⁊ faciẽtes cõmẽtũ. Scripturas ſeu libellos: ⁊ determinãtes in ſcolis: ſeu ꝑdicãtes ꝯtra ꝑdicta: ſeu aliqđ ꝑs dictoꝝ: excõicatiõis ſentẽtiã incurrãt: nõ abſoluẽdi: niſi ꝑ papã. Jnſup vult deduci ad ſuã noticiã tam ꝑdictos excõicatos: q̃ʒ quoſcũqꝫ ꝯtra ꝑmiſſa faciẽtes. Sꝫ qđ ſi qđ apđ aliquẽ ſup his ãbiguitatis emerſerit: ad ſedẽ aplicaꝫ deducať: cui⁹ eſt talia interptari. ¶ ADDITIO. Joã. xxij. oẽs ꝓhibitiones ⁊ penas ꝑdictas: tam latas q̃ʒ cõminatas: ⁊ eoꝝ effectus ſuſpẽdit: dicẽs. Tñ ꝑ ſuſpenſionẽ hmõi: nequaq̃ʒ licentiã cuiq̃ʒ intendim⁹ impartiri: qđ cõtra regulã frm̃ ꝑdictoꝝ dogmatizare. ſcribere ſeu determinare. ꝑdicare ſeu praue loq liceat publice vel occulte: qnimo hec oĩbus ⁊ ſinglĩs: auctoritate ꝑdicta diſtrictius inhibemus.

¶ Et q̃ locũ aptũ ſub declaratione nicolai nõ inuenimus: poſuim⁹ in fine hoc qđ de ieiunio Clemẽs dicit.

Clemens. §. Jn. §. Deinde cũ duob⁹

**Clemens.** Declarat vt illđ qđ dicit regula nr̃a: qđ frẽs nõ teneať ieiunare alijs tpĩb⁹ q̃ʒ in ipſa expſſis: intelligať preterq̃ʒ in ieiunijs ab eccl̃ia ſtatutis. ¶ ADDITIO. Querũt aliq. Utrum ad ieiuniũ quadrageſime maioris teneanť frẽs duplici obligatiõe. ſ. nõ ſolũ ꝑ ius cõe: ſed ẽt ꝑ regulam? Aliq antiq expoſitores regule dixerũt: qđ ſic. Tamen videť ex iſta declaratiõe Clemẽtis: qđ nõ. Nam ſpecificãdo equpollentia: dicit qđ ieiunẽt a feſto oĩm ſcõꝝ ⁊ ſextis ferijs: ⁊ de quadrageſima nullã men-

tionem fecit. Niſi dicat: qd ſatis hoc dictus Clemẽs ſpecificauit: qñ dixit: qd vbicũqʒ in regula ponit hoc vbũ: teneant: eſt obligatoriũ. Et in regula a ↄtrario ſenſu videt poni: teneant: qñ dicit. Alijs aũt tpib9 nõ teneant: ſʒ ſuple: teneant in ſpecificatis. Attñ ego plus declinarẽ ad ↄtrariã poſitiõem ex rigore ſmonis: lʒ ex ſcrupulo trepidarẽ. Nec videat cuiq̃ hec qſtio ſupflua. Prodeſt eñ hoc ſcire: ad hũc finem. Nã dicũt doctores: qd non tenent frẽs ad ieiunia eccłie: donec ſint etatis debite. nõ ſic aũt ad ieiunia regule: naʒ ad illa ſtatim emiſſo voto ſunt obligati.

ET q2 apoſtolice declarationes ſupradicte: nõ tetigerũt aliqd circa ſeqntia obligatoria: ideo qd doctores exponẽtes regulã nr̃am: dixerũt. ſubiũgendũ ẽ. Et nota qd qñ allegat aliqs expoſitor (niſi aliud dicat) ẽ ſup tali paſſu regłe in toto iſto ſpeculo.

¶ Quod non licebit eis de iſta religione exire.

¶ Sanctus Bonauẽtura. Super predicta vba dicit. Duplex eſt exitus. Unus ad ſeclm vel ad laxiorem religionem. Scds ad altiorẽ gradũ ſiue ſtrictiorẽ religiõem. Prim9 in oi religione eſt dãnabilis. Scds laudabilis: vbi eſt poſſibilis. Sed ꝓfeſſo hãc religiõem eſt impoſſibilis. Qd niſi papa ſupponeret in regula ꝑmittẽs: ⁊ nullo mõ licebit ⁊c. nõ ſubiũgeret: q2 ſm ſctm euãgelium: nemo mittẽs manũ ad aratrum: ⁊ aſpiciẽs retro: aptus eſt regno dei. Si igit non lʒ exire: q2 non lʒ retro aſpicere: ergo oĩs alia religio huic eſt retro. Et apoſtate ſunt oẽs ab hac religione: ad quãcũqʒ aliã trãſeũtes. Qd ſi de licentia aplica glorient: p certiſſimo ſciãt: ↄtra hãc dñi ſentẽtiam (Nemo mittẽs ma. ad ara.) papã nihil facere poſſe. Qd ſi mẽdacijs interuenientib9: aliqd ↄtingat p tales a ſede aplica impetrari: nõ eſt eis excuſatio: ſʒ accuſatiõis duplicatio: dũ mendacio tm̃ pſein circũuenientes: ſueq̃runt apoſtaſie palliũ: q in votis nõ diſpenſat: niſi vbi ſuggerit pietas: ⁊ rõnabilis eqtas recompẽſat. Et peccãt mortalr eos recipientes ⁊ ↄſentiẽtes: ſicut apoſtaſie facin9 ꝓmouẽtes. ¶ Sed qd dicem9 de his q aſſumunt ad epalem dignitatem? Rñdeo (vt inqt dictus ſcũs) q ſi coacti ab eccłia: ineuitabili neceſſitate ſuſcipiãt ꝓdictum regimẽ aiaꝝ: nõ ſunt reputandi ab ordine egreſſi. Si quantũ in eis eſt appetũt in ſinu ordinis cõfoueri. Si tñ facerent nõ coacti: ſed vt fugiãt erumnas pauptatis ⁊ ordinis rigorẽ: credo eos in illius partẽ ceſſuros: q dixit Sedebo in mõte teſtamenti: in laterib9 aqlonis. Hec ſcũs Bonaueñ. ¶ ADDITIO. Quanto ergo amplius hoc erit verꝝ de Epis titularibus: q vix hoc obtinere pñt: niſi ſymonia precedenti: nec exercere ſine ipſa ſubſeqnti. ¶ Et alius expoſitor ait. Nota q tam proprio ſtatu: q̃ pape mandato: ac etiam Euangelico teſtimonio aſtruit iſta regula: oẽm licentiam exeundi profeſſoribus eius penitus interdictam. Ex quo habes determinatum: an fratri minori licitus ſit tranſitus ad Cartuſienſes. q2. ſ. minime ſm rei veritatem.

S. Bonauẽtura.

Additio.

¶ Quod obediant ſuis miniſtris.

¶ Sanctus Bonauētura.ij.ſentē.diſt. vltima.dicit:ꝙ obtēpare in oib⁹:eſt ipoſſibile:ideo fines imponūt ꝓmiſſiōi obediētie:dicēdo:obediāt.ꝛc.nō ſimpliciter:ſꝫ in oib⁹ q̄ ꝓmiſerūt dn̄o obſeruare:ꝛ nō ſunt ꝯtraria aīe ꝛ regule nr̄e. Cōtra aiaꝫ(dicūt quattuor magrī) eſt nō ſolū pctm̄:ſꝫ ēt oē qd eſt incētiuū ꝛ ꝓximū ad pctm̄:vt audire ꝯfeſſiones qn̄ qs acriter impugnat. Cōtra regulā eſt nō ſolū qd eſt cōtra pcepta:ſꝫ etiā qd eſt ꝯtra ſtatuta ordinis ad obſeruādā regule puritatem. ¶ ITEM ſcūs Bonauen̄.in expoſitiōe regule dicit. Obediāt in oib⁹.ſ.ad q̄ ſe voto adſtrinxerūt:vel ad ipſoꝝ obſeruātiā ſpectāt:vel trāſgreſſiones eoꝝ vitationeꝫ reſpiciūt. Nec videt ſcūs Frāciſc⁹ ponere ſeu arctare ad illā pfectā obedientiā:q̄ legē neſcit:anguſtijs ꝓfeſſiōis nō eſt ꝯtenta:q̄ poteſt dici obediētia ſuperogationis. ¶ Cōcordat ſcūs Tho.in.ij.diſtinctiōe vltima:dicēs. Ad obedientiā pfectā(ſm quā ſubditus obedit ſimpliciter in oib⁹ q̄ nō ſunt cōtraria legi diuine vel regule quā ꝓfeſſus eſt)null⁹ tenet:debito neceſſitatis:ſꝫ ſolū ex honeſtate quadā. Sicut ſemp emulari chariſmata meliora. ¶ Idē Alexāder. lōbardus ibidem ¶ Scūs vo Bernardin⁹ in quodaꝫ dialogo ſup materia obediētie dicit Obediētiā euangelicā:ꝛ p ꝯn̄s frm̄ minoꝝ:triplicē tm̄ hr̄e limitē:ſcꝫ manifeſtū peccatū:manifeſtū piculū:manifeſtū contagiū. ¶ Ex qb⁹ aliq inferūt:frēs minores teneri obedire i ceteris alijs quātūcunqꝫ grauib⁹ ꝛ difficilib⁹ ꝛ arduis. De quo pōt videri:in libro Fūdamenta triū ordinū.iiij.ꝑte.fo.lxxxviij. ¶ Et nota ꝙ ꝓ eo vt ſ dictū eſt.xxvij. obligatoria poſita in regula nr̄a ſm declaratiōes reduxi ad.xxiij.qm̄ in ipſis includūt. Naꝫ qd dr:vt frēs ſucceſſorib⁹ bti Frāciſci teneant obedire. Et illd loqns de miniſtro gn̄ali:dicit. Et teneant obedire:includit in hoc:ꝙ obediāt ſuis platis. Et illd qd dr de diuino officio:ꝛ eſt ſub vbo:teneant.ponit ſub eqpollentib⁹. Et illd de nō eūdo inter ſarracenos ſine licētia. Et de nō mittēdo niſi idoneos:poti⁹ videt pceptū iuris cōis q̄ particulare regle nr̄e:quo ad pmā partē:ꝛ quo ad ſcdam poteſt dici inhibitorium.

iiij.magrī.

S.Bonauētura.

S.Thomas

S.Bernardinus.

¶ Quod nō habeāt ſuſpecta cōſortia.ꝛc.

Sanctus Bonauētura ait. Suſpectū ꝯſortiū:ē nō ſolū ſuſpecte mulieris:ſꝫ cuiuſcūqꝫ mulieris:vbi loc⁹ ꝛ tp̄s:geſtus ꝛ aſpect⁹:ꝛ alia notabilia idicia ſuſpitionē laudabilr nō excludūt. Hec S.Bona.q ꝓlixe ponit ſigna hoc oſdētia. Que qdē breuit ꝯphēdūt ſupradicti q̄ttuor magrī:dicētes:ꝙ ſuſpectū ꝯſortiū dr nō ex vna cauſa:ſꝫ ex pluribus.ſ.ex gn̄e act⁹.ex circūſtātia loci tpis freqntie.pſone:ꝛ hmōi. ¶ Addit Hugo:ꝙ eo ipo ꝙ aliqs diſſuaſuꝫ ſibi:maxie a platis:nō vitat ꝯſortiū:reddit ſe ſuſpectū. Negligit em̄ obediētiā ꝛ honeſtatē voluptas. Idē actor ꝯformitatū. ¶ Scūs ēt Bona.ſubiūgēs ait. Illā aūt ſuſpitionē exiſtimo hic ꝓhiberi:q̄ fratri excitat enormis tēptatiōis ſtimulū:vel q̄ crimini pſtat fomētū:vel q̄ pōt apd aliquē ſcādalū gn̄are Et exiſtimo ēt hic oē colloqū ſuſpectū ꝓhiberi:qd ordinat ad carnis immūditiā quācūqꝫ:vel qd pōt hui⁹ rei ſcādalum vel ſuſpitionem probabiliter excitare.

iiij.magrī.

Hugo.

S.Bonauētura.

¶Quod frēs non fiant compatres.ꝛc.

# ¶Sanctus Bonauentura ait. Scito

hic ꝓhiberi omne frm̄ ad mulieres cōmertiū:de quo poſſet fratrib⁹ ſcādalū gn̄ari.¶Et Hugo dicit ꝙ pn̄t frēs piclitātem pueꝝ baptizare:ſaltē vbi alia Hugo.
de eſt pſona q̄ poſſit hoc aut velit facere. Charitatis eni͂ pceptum quo proximum diligere tenenť:maxime in re tam ſpūali aut neceſſaria ſubuenire nō intēdit ſctūs Frāciſcus:nec potuit irritare.Ubi aūt nō cogit neceſſitas:non eſt nr̄i officij baptizare.¶AUCTOR ꝯformitatum. Niſi adſit neceſſitas:vt Actoꝛ cōfoꝛmitatum.
ſi puer eſſet in mortis articulo ꝛ nullus eſſet q poſſet eum baptizare. Prohibitio eni͂ regl'e nr̄e eſt:vbi nulla habeť neceſſitas. Un̄ in quodam capitulo familie ciſmōtane anno.M.cccclxxxix.declaratū fuit:ꝙ frater ſacerdos i extrema neceſſitate:pōt baptizare aliquē:dum modo nō adſit alius ſacerdos: etiam in pſentia viroꝝ ſecularium laicoꝝ.

¶Quod clerici faciāt diuinū offm̄ ſm ordinē ſctē Romane eccleſie ex quo hr̄e poterūt breuiaria.

# ¶Sanctus Bonauentura. Ex quo.ſ.

officio hr̄e poterūt ꝛc.Quattuoꝛ magr̄i ꝛ auctoꝛ ꝯfoꝛ.dicūt.Ex quo.ſ.tempoꝛe hr̄e poterūt breuiaria.¶Et ſctūs Bonauētura ait. Jdeo ſctūs Frāciſcus voluit frēs ſuos:ordinē Romane ecclie in dicēdo officio tenere:q2 optabat religionē ſuā veſtigijs pdicte eccleſie copulare:ſciēs eam immediate ſub eſſe celeſti curie.¶QUATTUOR magiſtri dicūt:ꝙ leuitas eſt in nob maxime rephendēda circa mutationē diuini officij.¶HUGO.Offm̄ ſctē Romane eccleſie:tanꝙ̄ valde autenticū:magna nob eſt cura ſeruādum. Beat⁹ eni͂ Frāciſcus:frēm nō catholicū:vel diuinū offm̄ ſm Romanā eccleſiā nō faciētem:ſili pena puniri volebat. Nō decet vt cātus ꝛ vſus eccleſiaſtic⁹:fieri hebeat ſm arbitrium diuerſoꝝ.Sed ſm inſtituta maioꝝ. Erubeſcat i cōſiderata ſupſticioſoꝝ pſumptio:q regule ſanctoꝝ:officijqꝫ cōditoꝝ ordinationi deuote ſolide:ſingularitates ſuas:quaſi magis deuoti pponere nō verenť.Nūc in lr̄a.Nūc in cātu.Nūc rōne feſti.Nūc ꝓuilegij.Nūc ꝯſuetudinis:quā glibꝫ ſibi confingit obtētu:paulatim a regulari recedentes officio: auferūt ordini neceſſarium ex regula ſctē Romane ecclie morē.Quā obrem iuxta maioꝝ ſentētias:tutum nō eſt frībus p ꝓuilegia impetrata:in officio vľ in alijs:abſqꝫ vrgēte cauſa recedere ab intētione regule quā vouerūt.Diſpēſationes quoqꝫ:vnitatis moꝝ ꝛ cordium portāt ſciſiones:dum quod vn⁹ iij.magr̄i. S.Bonauētura. Hugo.
impetrat alius refutat.Hec Hugo.¶AUCTOR ꝯformitatum.Ex quo hr̄e Actoꝛ cōformitatum.
poterūt breuiaria.ſ.miſſale ꝛ nocturnū ſcdm quattuoꝛ magiſtros. Frēs eni͂ celebrātes alias feſtiuitates ab hijs q̄ ſunt in Kalēdario:aut de qbus non dicit rubrica breuiarij:peccāt grauiter:in tm̄ ꝙ ēt ſi papa faceret de aliquo ſcō q non eſt in Karēdario romano:non tenenť frēs facere de illo:niſi ipſe mādaret.¶HUGO.Frēs itaqꝫ nō ad dn̄i pape vel cardinaliū offm̄:ſed vt re- Hugo.
gula exprimit:ad Romane ecclie ordinariū:ſeu breuiariū.Et non ad variationes:ſi quas dn̄s papa(prout vult)facit:niſi idem facere preceperit.Et mi-

nus ad id quod faciunt Cardinales. Non em̄ per votum ad offīn Romane ecclie aſtringunt: ſicut nos.

¶ Quod non debeāt eqtare: niſi manifeſta neceſſitate cogant. Equipollens.

## ¶ Sāctus Bonauētura non debeant

(ingt) eqtare: ꝛ ꝑ ꝯñs nec bigare aut quadrigare: niſi manifeſte neceſſitate: ꝓlixi vel impediti itineris: negocij vrgētis: vel infirmitatis cogētis. Et vt ali' expoſitor dicit. Pro negocijs nr̄o ſtatui non ꝯſonis: nulla eſt nob eqtandi neceſſitas: ſed potius fugiendi.

¶ Si qui frm̄ in infirmitatem ceciderint. Habens vim precepti.

## ¶ Sāctus Bonauētura. Hoc ad cha

ritatem ꝑtinet. Uñ eccllci. vij. Nō te pigeat viſitare infirmos: ex his em̄ in dilectiōe firmaberis. ACTOR ꝯfor. Debent frēs (vt pn̄t) fraterne ſubuenire neceſſitati. Aliogn non ſolū offenderēt regulā: ſꝫ ſeipſos. Qui em̄ debitū frī auxiliū ſubtrahit: ipſe ad idem ſibi (cum ſilr̄ indigeat) ſubtrahendū: ſuo alios exemplo diſponit.

Actor ꝯfōrmitatum.

¶ Quod vbicunqꝫ ſunt frēs: qui ſcirent. ꝛc. Equipollens.

## ¶ Sanctus Bonauētura. Ubicunqꝫ

ſunt frēs q ſcirent. ſ. ꝑ expientiā: ꝛ cognoſcerēt ꝑ rectū iudiciū. Se nō poſſe regulam ſpūalr̄ obſeruare. hoc eſt in his ꝑcipue q̄ ſpūalia ſunt. vt tranquillitas cordis: puritas ꝯſcientie. Non poſſe ingt: vel ꝑpter temptationū grauitatem piculoſam. vt ex ꝯſortio mulierꝝ. vel nō poſſe: quantū ad corporis neceſſaria: ſi nō poſſent hr̄i: ſalua ordinis puritate. vel ꝑpter ſilia. Teneant recurrere: ꝑ ſe vel nunciū. ſ. forma ſtatutorū ordinis obſeruata in eundo. Et ꝑpter iſtud debitū: non eſt qs exemptus a obedientia ſtatutoꝝ. ¶ QUATTUOR Magiſtri dicūt: ꝙ ſpūalr̄ nō poſſe obſeruari: pōt intelligi aut nō poſſe ſeruare regulā ſcd̄m ſuū rigorē: ſiue ſcd̄m ſuā puritatē: vel ſine occaſione ꝓxima ad pctm̄. Alijs aūt videt: ꝙ illd̄ referendū ſit ad locū: vt q ipſi eſt annexa ꝓprietas: vel cura aiaꝝ: ad quā rōne loci frēs neceſſario tenent.

iiij. magri.

¶ HUGO Cōcordat cū quattuor magiſtris: addens ꝙ btō Frāciſco mos fuit dicere. Spūalr̄ fieri: qd̄ pure ꝛ religioſe fiebat. Unde regulā ſpūalr̄ obſuare nō pōt: q debite ac religioſe nō valet. Sūt aūt q ꝛ ſi corpaliter: nō tamē ſpūaliter ſeruant: dum ſpū erroris imbuti: ſtatum ordinis ꝛ q̄ alij frēs ſpūales agunt: ipſi ſpernūt: ac oia iudicāt. Nec ſe nec eos ſcd̄m regulā viuere arbitrant. Ubi ergo charitatem: caſtitatem: pauptatem: qetem mētis ad dn̄m: vel alia q̄ ſunt regule: periclitari ſeu notabiliter impediri: vel certe intollerabilem alicui ſua debilitate vel alia neceſſitate rigorē eſſe: vel aliquē in predictum erroris ſpm̄ incidiſſe contigerit: frēs non ſolū ad ꝓuinciales: ſꝫ ad ſuos quoſlibꝫ indiſtincte miniſtros: ſcd̄m regulā hn̄t recurrere. Debet tn̄ recur-

Hugo.

rens certitudinē iuſte cauſe: ↄgruamq; ſocietatē hſe. Pñt ergo frēs ad mini ſtros recurrere: qñ aliter inferioꝝ ſubſidio: nō pñt regulā ſpūaliter obſerua re. Nam ſupflue ad maiorem p̄latū recurrit: quū p minorē eque indigenti vtiliter ſubuenit. Hec hugo. Quaſi idē dicit Actor ↄformitatum. ¶ Marti- niana ponit caſus p qb⁹ recurrendū eſt ad miniſtrū ꝛc. ¶ Et idē approbat btūs Bernardin⁹ in quadā epiſtola: dicēs. ꝙ exceſſus ſupfluitatis ꝛ curio ſitatis: nō ē ſufficiēs cauſa recedēdi de loco: niſi fuerit de aliqd de his ꝑpter q̄ non pōt regula ſpūaliter obſeruari: ſm declarationē Martini. v. vcȝ: qñ loco eſt ānexa ꝓpetas ſeu cura parrochialis exercēdi: vel ſi morent frēs in lo co ↄtra volūtatē dñi loci. vel qñ opȝ facere ↄgregatiōes ꝛ q̄ſtus inhoneſtos: ↄtra puritatē regule ꝛ vſum gñalem ordinis. vel ꝑpter inhoneſtam ſocieta tem: ſeu importabilē fr̄ibus: p̄ſertim infirmis ꝛ rudibus. vel ꝑpter ſimilia. Et quod ſit ſimile. Cum ſit indeterminatum: relinquit iudicio prelato- rum. Hec Bernardinus. S. bernardi nus.

¶ Quod ſi qui frm̄ inſtigante inimica mortaliter peccauerint ꝛc. Habens vim precepti.

¶ Gregorius. ix. Innocēti⁹. iiij. Alexā der. iiij. declarando dixerūt: hec pertinere ad manifeſta tm̄ ꝛ publica pctm̄. Quod etiam ſcūs Bonauētura ſic intellexit. ¶ ¶ ADDITIO. Nō tamē ꝑpter hoc excludit quin p̄lati poſſint reſeruare caſus de occultis: ſicut quo- tidie fit: ꝛ in ↄſtitutionibus ↄtinet. HVGO. De qbus ordinatū fuerit iter frēs ſcȝ in caplo gñali vel ꝓuincialibus: qbus de qualitate ac numero pctō- rum: libere relinquit ordinandum: cum p regulam exceptio nulla fiat. Pñt igit capitula: gñale gñalr: vel ꝓuinciale ꝑ ſua ꝓuincia: de qbus voluerit ꝓua tis vl' publicis ordinare. Sȝ nō expedit ꝑpter occulta: mittere ad miniſtros: ne ex hoc ↄtingat occulta peccata manifeſtare. Et qñ recurrere neceſſe fuerit: pōt fieri p nunciū: ſi iuſta cauſa excuſet: ꝛ ſui ſupioris eſt de ſocietate ꝓuide re. ¶ Et ꝙ vtrqꝫ recurrant ſine mora. Intelligit: cū ordinato aut debito mō pñt. ¶ Et aduerte ꝙ Alexāder. vi. ↄceſſit ſiue declarauit: vt nō ſolū miniſtri: ſed cuſtodes ꝛ etiā guardiani: poſſint reſuare caſus: etiā de occultis. vt ha- bet in Supplemēto: ſo. iij. ¶ Quattuor Magri dicunt: ꝙ ex iſto paſſu regule aſtruit: ꝙ miniſtri hñt curā aiaꝝ: ꝛ pñt cōmittere vices ſuas. ¶ Scūs Bo- nauentura. Ipſi vo miniſtri ſi p̄ſbyteri ſint. Qd regulariter eſt tenēdū: cū habeāt curā aiaꝝ. Nam iſtud dictū fuit in ordinis ꝑncipio: in quo erat ra- ritas ſacerdotū. ¶ Hugo. Pertinet (inqt) ad ipſos miniſtros: ſiue ſint preſby teri ſiue nō: auctoritas hui⁹ penitētie imponēde. Non eñ pmittit eis: vt ex- traneos ↄfeſſores ſeculares vel religioſos aſſignent fr̄ibus: ſed tm̄ hui⁹ ordi- nis ſacerdotes. Et multo min⁹ p ſe hoc frēs pñt: q ſui iuris nō ſunt: ꝛ ad ꝓ- prios tenent prelatos recurrere: non ſolum p ius cōmune: ſed etiam p ꝓpriā regulam quam vouerūt. Unde mortis periculo excepto. ſi qs contra ꝑcep- tum ꝛ formam regule p ſedem aplicam approbatam: preſumeret confiteri: non penitens: ſed inobediens cenſeret. Nec etiam peccata dilueret: ſȝ auge- ret. Nullus quoqꝫ ſue regule ꝛ voti tranſgreſſor exiſtēs: abſoluit a peccatis.

Additio. Hugo. iiij. magri. S. Bonauē tura. Hugo.

Actor cõſormitatum.

ACTOR ꝯformitatũ. Nullis exiſtentibus extra ordinẽ nr̃m: niſi neceſſitatis articulo: ⁊ deficientibus ſacerdotibus eiuſdem ordinis debent frẽs cõfiteri. Aliter ꝯfitentes augent peccatũ: ⁊ inobedientes ſunt: ſuã regulã tranſgrediendo. Ita ꝙ nõ põt cõmitti ꝑ p̃latos ordinis ꝙ aliqs confiteaꝛ extra ordinẽ: lȝ dicti miniſtri vt ordinarij habeant poteſtatem delegandi: tamẽ ſacerdotibus ordinis.

## ¶ Et q꞉ ſupra facta eſt mentio de caſibꝰ

reſ̄uatis: ideo viſuȝ eſt oẽs hmõi caſus hic inſerere: put ꝯtineꝛ in ꝯſtitutionibus ordinis: vt qſqȝ caueat: ne in meſſem alienã falcẽ mittat.

## Sequitur ſummariũ caſuum re

ſeruatoꝝ miniſtris ꝓuincialibꝰ: a qbus qcũqȝ ex certa ſcientia ſeu ex induſtria abſqȝ ſpeciali auctoritate abſoluerit: peccatũ mortale cõmittet: eritqȝ ipſo facto: ſuſpenſus officio audiendaꝝ ꝯfeſſionũ. Et ſi legitime fuerit ꝯuictꝰ: eſt carceri mãcipandus. Et ille quẽ attentauit abſoluere: manebit ligatꝰ vt antea.

¶ Primus caſus: eſt inobedientia contumax.

¶ Secundus: detentio ꝓprietaria quarumcunqȝ rerum.

¶ Tertius caſus eſt: lapſus carnis.

¶ Quartus: furtum rei notabilis: aut frequenter iteratum.

¶ Quintus: iniectio manuum violenta in quamcunqȝ ꝑſonam.

¶ Sextus: falſum teſtimonium in iudicio factum.

¶ Septimus: cõpoſitio vel ꝓiectio aut publicatio libelli famoſi.

¶ Octauus: falſificatio ſigilli cuiuſcunqȝ ꝑſone notabilis.

¶ Nonus: falſa criminatio: in infamiam cuiuſcunqȝ.

¶ Decimus: tactus impudicus ⁊ enormis.

¶ Undecimꝰ: incitatio vel ſolicitatio ad pctm̃ carnis: ſi tñ ſciẽter fiat.

¶ Attende ꝙ a tribus ſeqñtibus caſibus abſoluens: non incurrit ſuſpenſionem: ſed alias penas ſupradictas.

¶ Duodecimꝰ: cũ accuſati inqrũt ſciẽter de noibꝰ ipſos accuſantiũ. Niſi qñ accuſatꝰ de crimine: petit a p̃lato: accuſantiũ noia ſibi reuelari.

¶ Tertiuſdecimꝰ: cũ qs deponit corã aliquo p̃lato vl' viſitatore: falſe ac ſciẽter de aliquo crimine ꝯtra aliquẽ frẽm: vel ad hoc faciẽdũ aliã ꝑſonã inducit: aut reuocat falſe: ſeu ad reuocãdũ inducit: qđ vere depoſitũ erat.

¶ Quartuſdecimus: reuelatio nominum accuſantium accuſatis: vel alijs neſcientibus: ſcienter facta.

## ¶ Expliciunt caſus reſeruati miniſtris.

## ¶ Sequitur. Et alij fratres teneantur

fratri Franciſco ⁊ eius ſucceſſoribus obedire. Et teneantur vnum generaleȝ miniſtrũ hr̃e. Et ei teneanꝛ firmiter obedire. Habent vim p̄cepti.

**Gundiſaluus miniſter genera**lis in tractatu ſuꝑ regulā quē edidit: ſic ait. Obediētia gn̄alis miniſtri: iterať in regula: vt maioꝛis ponderis ⁊ oneris q̄ꝫ alioꝝ p̄ſidentiū ipſa agnoſcať. Et lꝫ qꝺ ꝯtinet in .x. ca. rle. ſ. Firmiter p̄cipio fribꝰ: vt obediāt ſuis miniſtris: dicat ſctūs Bona. ꝙ de ꝓuincialibꝰ ibi loquať: ac de alijs inferioꝛibꝰ p̄latis: qꝛ de obediētia ad gn̄alē: in p̄mo ca. dictū eſt (potuiſſet addere) ⁊ in octauo replicatū. A tn̄ qꝛ alij gn̄alr̄ intelligūt hoc qꝺ dr̄: obediāt ſuis miniſtris: de oībꝰ p̄latis oꝛdinis. Ideo hoc ſolū p̄ceptū de obediētia: poſui ſupꝛa nūerādo obligatoria. Et alia duo hn̄tia vim p̄cepti: in nūeratiōe p̄dicta omiſi. Primū. ſ. ꝙ teneanť obe. fratri Frāciſco. Scd̄m ꝙ teneanť miniſtro gn̄ali obedire. ¶ Suꝑ obediētia miniſtri gn̄alis q̄ ponit ca. viij. Querūt q̄ttuoꝛ Magr̄i: vtrū illud qꝺ oꝛdinať in capl̄o gn̄ali circa coarctatiōeꝫ ꝑtātis gn̄alis miniſtri: poſſit ab ipſo immutari ⁊ ꝯtrariū p̄cipe. Rn̄dent ꝙ ſi capl̄m gn̄ale ad vitanduꝫ ſeu ꝓuidendū religiōis p̄iculū: coarctauerit gn̄alis aut ꝓuincialiū miniſtroꝛum ꝑtātē: ⁊ aliqua alia ſalubꝛia oꝛdinauerit ꝑ frēs gn̄aliter obſeruāda: ꝑ gn̄aleꝫ miniſtrū nō poterūt infirmari. Et ꝙ pari rōne, qꝺ ꝑ capl̄m gn̄ale in hoc caſu fuerit oꝛdinatū: non poterit: ſi ꝑ pontificē fuerit appꝛobatū: ꝑ ſolis iferiores aliquatenus immutari. Hec illi. Quattuoꝛ magr̄i.

¶ Quod vnū de fratribus iſtius religionis: teneanť habere gene. miniſtrum. Habens vim pꝛecepti.

Auctoꝛ ꝯfoꝛmitatū. Scd̄m ꝙ cū quolibꝫ coꝛpe: duo eē capita ſit diffoꝛme naturalr̄: ita in coꝛpe religiōis: vt vcꝫ nō ſint ibi duo capita ſꝫ vnū. Et ſic mādat btūs Frāciſcus qꝺ frēs vnū de fratribꝰ iſtius religiōis teneať hr̄e gn̄alē miniſtrū. HUGO. Uoluit ſcūs Frāciſcꝰ vnitatis amatoꝛ: vt familia ſua poneret ſibi caput vnū: ⁊ totiꝰ ouilis ſui fieret vnꝰ paſtoꝛ. Itaqꝫ teneať frēs: vnū cui ſemꝑ obediant hr̄e gn̄alē miniſtrum. Hugo.

¶ Quod in capitulo penthecoſtes: teneanť miniſtri ꝓuinciales conuenire. Habentes vim p̄cepti.

Nota qꝺ cuſtodes: directe nō ſunt ſub iſta obligatiōe: ſꝫ ꝑ quandā ꝯſequentiā. ſ. in q̄ꝫtū ſi opoꝛtuerit fieri noua electio ꝓpter moꝛtē vel depoſitionē gn̄alis: teneť ad hoc ſicut miniſtri. Et qꝛ in quolibet gn̄ali capl̄o: ingrēdū eſt de ſufficiētia miniſtri: ad oīa capl̄a: cuſtodes ire debēt.

¶ Quod ſi aliquo tp̄e appareret vniuer. mi. p̄dictū miniſtrū nō eſſe ſufficiētē: teneanť aliū eligere. Hn̄s vim p̄cepti.

Et ſic nota: qꝺ ſub pena pc̄ti moꝛtalis: teneať miniſtri ⁊ cuſtodes: amouere in ſufficientē miniſtrū generalem.

¶ Qꝺ frēs teneāť ieiunia regle obſ̄uare. Hn̄s vim p̄cepti.

Aduerte: qꝺ ad ieiunia regule nr̄e: ſunt aſtricti frēs duplici obligatione. Prima qꝛ hn̄t vim p̄cepti. Scd̄a qꝛ hn̄t eq̄pollentia ꝑ Clemētem q̄ntum declarata.

¶ Quod ſi qui fratrum voluerint ire inter Sarracenos. ⁊c.

Dicunt aliq: ꝙ hic continent̃ duo obligatoria. Unum ꝙ volentes ire ad infideles: ꝑtant licentiam. Sed hoc vt ſupra dictũ eſt: potiꝰ videt̃ ꝑceptũ iuris cõis: ne vadãt a poſtate. Alteꝝ ꝙ miniſtri nullis eundi licentiã tribuãt: niſi eis quos viderint eẽ idoneos. Hoc poſſet dici obligatoriũ ꝑ regulã. q̃ eſt inhibitoriũ vt ſupra dictũ eſt.

¶ Et ſic terminat̃ ſuccincta declaratio eoꝝ ad que regula noſtra obligat.

## ¶ Sequitur introductio pro articulo pecunie: ⁊ modo congruo neceſſarioꝝ ſolutionis. Ac depoſitiõis pecunie.

Quia in ſuperiori ſummario declarationũ regule nr̃e: ꝑtermiſſimꝰ: ſiue vſq; ad finem diſtulimus articulũ ponentẽ caſus ⁊ modos qbꝰ obſeruatis a fratribꝰ: nõ pñt nec debẽt dici ꝑ ſe vel ꝑ aliũ pecunie receptores cõtra regula vel ſui ordinis puritatẽ: vt Clemens. v. dicit. Ideo nũc claris determinatiõibꝰ Nicolai. iij. Clementis. v. ꝓſeq̃ntes (difficiliter eñ intelligit̃: ⁊ ab aliqbꝰ neqter obſeruat̃: ⁊ inde totiꝰ nr̃i ſtatus ruina ſequit̃) dictũ articulũ clariorẽ quo poterimꝰ reddemꝰ. Eiꝰ eñ ignorantia: ſicut ⁊ totiꝰ regule nr̃e: neminẽ ipſiꝰ ꝓfeſſorẽ excuſat: immo ꝑlatũ dupliciter excuſat accuſat q teneẗ ſcire q̃ ad ſuũ ſtatũ expectãt ſicut ⁊ ceteri: teneturq; nihilominꝰ ea docere ex officio ſibi iniũcto. Ne ſi cecꝰ ducatũ ceco prebeat: in foueã ambo incidãt. ¶ Igit̃ in ꝑmis ⁊ ſupponendũ: ꝙ ꝓut in quarto capo regule nr̃e ꝯtinet̃: frẽs nullo mõ pñt recipe ꝑ ſe vel ꝑ interpoſitã ꝑſonã denarios vel pecuniã. Fuit eñ intẽtio bt̃i Frãciſci: ſummeq; affectauit: (vt dicit

Clemens. ꝑdictꝰ Clemẽs) ꝓfeſſores ſue regule: totalr̃ eẽ abſtractos ab affectu ⁊ deſiderio terrenoꝝ: ⁊ ſpecialr̃ a pecũia ⁊ eiꝰ vſu totalr̃ i exptos: ſicut ꝓbat ꝓhibitio de recipiẽda pecũia i rl̃a ſepiꝰ repetita. hec ille. Attẽdẽs tñ ꝙ dicti frẽs: aliq̃s habituri eẽnt neceſſitates q̃ ſine pecunia nullo mõ ꝓuideri poſſent: ⁊ ita neceſſarie: ꝙ ſi de eis fr̃ibꝰ nõ ꝓuideret̃: maximũ icurrerẽt detrimẽtũ: ideo ne inhũanꝰ videret̃: in eodẽ caplo: curã illaꝝ ſtricte ipoſuit miniſtris ⁊ cuſtodibꝰ. Inter quos ſignãter ſpecificauit: tãq̃ ꝑcipuas ⁊ magis neceſſarias: infir

S. Bonauẽtura. moꝝ: ⁊ frm̃ inducẽdoꝝ neceſſitates. In qbꝰ dicit btũs Bonauẽtura: ꝙ ſcũs Frãciſcꝰ: alias maiores itellexit. ꝓ illis tñ noluit vt denarios vel pecuniã reciperẽt dicti ꝑlati: ſ; dedit eis modũ ꝓcurãdi eas. ſ. ꝑ recurſum ad amicos ſpũales: qbꝰ darẽt noticiã taliũ neceſſitatũ. Ita ꝙ nõ frẽs: ſ; tales amici ſumerẽt in ſe curã ꝓcurãdi ⁊ ꝓuidẽdi fr̃ibꝰ de eiſdẽ neceſſitatibꝰ. Fuit eñ ſua intẽtio: vt antiq regule expoſitores dicũt: ꝙ frẽs ſui ꝑ nulla pecuniaria ꝓcuratiõe: ſub q̃uocũq; colore vel cauſa: ꝑſonalr̃ cõparerẽt: nec poſt eã ꝓcurantes irẽt: nec de cuiuſq; rei emptiõe vl̃ vẽditiõe ſe itromitterẽt: ſ; talia ⁊ ſilia: q̃ mediãte pecũia erãt ꝓcurãda: nõ ꝑ frẽs: ſ; ꝑ tales amicos ſpũales deberẽt expediri. Ita ꝙ frẽs: ꝓut a regula eis imponit̃: ſolum ꝑ ſe irẽt ꝑ eleemoſyna oſtiatim: ⁊ mẽdicarẽt ſibi neceſſaria: q̃ ſimpliciter hr̃i pñt ſine ꝓcuratiõe pecunie. Et antiq ꝑmi ꝓfẽs: puritatis zelatores eiuſdẽ regule: q fuerũt in ꝑnci-

pio ordinis:ſic ſuauerũt:ꝛ ita i multa puritate ꝛ ꝯſciẽtie ſecuritate ꝛ pace ac laudabili exẽplaritate vixerũt. Uerũtñ poſt modũ dilatato ordie:ꝛ frigeſcẽte ſpũs feruore:frẽs timẽtes nõ poſſe tali mõ oib⁹ ſuis ꝓuideri neceſſitatib⁹: ac ſedẽ aplicã ꝑ remedio recurrerũt. Qua de cauſa ſummi põtifices regulã expoſuerũt ꝛ declarauerũt:ꝛ dictis frib⁹ modos ꝛ formas ꝓcurãdi ſolutionẽ ſuaꝝ neceſſitatũ poſuerũt ꝛ determinauerũt:qb⁹ frẽs ſecure vti poſſent. Quoꝝ ꝑm⁹ fuit Gregori⁹.ix.q vt ipſe in ꝑdicta ſua declaratiõe ait:ex longa familiaritate quã cũ btõ Frãciſco habuit:ꝛ incõdenda ꝑdicta regula ꝛ eius ꝯfirmatiõe obtinẽda ſibi aſtitit:pleni⁹ intentionẽ bti Frãciſci nouit. Scd̃s aũt ꝛ terti⁹ fuerũt Inno.iiij.ꝛ Alexã.iiij. Tñ qꝛ vt ſ̈ dictũ eſt declaratiõib⁹ ꝑcedẽtib⁹ Nicolaũ.iij.vti ꝓhibemur. videam⁹ qd ipe Nicola⁹ ꝛ ſui ſucceſſores circa hũc articulũ declarauerũt. Et ẽ ſciẽdũ:ꝙ poſt ꝑdictũ Nicolaũ q ꝓfundi⁹ ꝛ clari⁹ hũc articlm̃ ꝺclarauit:Clemẽs.v.hoc ꝯfirmauit aliqd addẽdo ꝛ reſtrigẽdo. Ideo ꝑ lucidiori itelligẽtia hui⁹ materie. Uidẽdũ eſt qd iſti duo põtifices circa hoc dixerũt. Sꝫ qꝛ breuitati ſtudem⁹:lraꝫ omittentes: ſentẽtiã in ifra dicẽdis fidelr̃ extrahem⁹. Dicit ergo Nicola⁹.iij.i declaratione ſua i.§. Ceteꝝ cũ in eadẽ rl̃a ſit ſub ꝑcepti diſtrictiõe ꝓhibitũ:ne frẽs recipe ꝑ ſe vel ꝑ alios denarios vl̃ pecuniã ꝛc. In quo qdẽ.§.qnqꝫ videt̃ agere dict⁹ Nicola⁹. Primo nãqꝫ inhibꝫ frib⁹ mutuũ ꝯtrahere dicẽs ꝙ frẽs a mutuis ꝯtrahẽdis abſtineãt. Scd̃o dat ipis q̈ndã formã ſub certo mõ ꝓcurãdi ſuas nec̃itates ꝛ ſolutionẽ eaꝝ:cũ dicit. Poſſint ipi citra cuiuſcũqꝫ obligatiõis viculũ ꝛc. vſqꝫ ibi fidelr̃ laborare. Tertio ponit qũo debeat talis ꝓcuratio fieri.ꝛ hoc cũ dicit. Ceſſantib⁹ eleemoſynis. Quarto oñdit vñ ꝛ a qb⁹ ꝺbeãt frẽs dictã ſolutionẽ ꝓcurare dicẽs. Per eleemoſynas ꝛ amicos frꝫ. Quito põit modũ ſuãdũ i tali ꝓcuratiõe ſolutiõis. Et dat certas rl̃as ꝛ modificatiões ſuãdas ꝑ.dictos frẽs:q̃ ꝯtinet̃ i dicto.§. Ceteꝝ:cũ ſuis ꝟſiclis vſqꝫ i finẽ.

Ad qnqꝫ reducunt̃ ea q̃ ponit Nicolaus.iij. circa pecuniaꝫ.

¶ Deide ꝑdict⁹ Clemẽs i ſua ꝺclaratiõe ſic ait. Cũ ꝑdeceſſor nr̃.f. Nicola⁹.caſ⁹ ꝛ modos poſuerit:qb⁹ ſuatis a frib⁹:nõ pñt dici pecũie receptores:dicim⁹ ipos teneri cauere ſũmo ope:ꝙ ꝑ alijs cauſis vel ſub alijs modis:ad dãtes pecũias nõ recurrãt:ne ſi cec⁹ ab ipſis atẽptatũ fuerit:trãſgreſſores ꝑcepti ꝛ rl̃e merito poſſint dici. Nã vbi aliqd alicui gñalr̃ ꝓhibet̃:qꝺ ex ꝑſſe nõ ꝯcedit̃:itelligit̃ denegatũ.

Clemens.

¶ Pro maiori tñ elucidatiõe ꝑdictoꝝ ẽ aduertẽdũ:ꝙ ad hoc vt frẽs dictã ſolutionẽ ſuaꝝ neceſſitatũ poſſint ſecure ꝓcurare:ſm ꝑdictas declaratiões:tria ꝑncipalr̃ ſũt attẽdẽda. Primũ ex parte rei cui⁹ ſolutio ꝓcurat̃. Scd̃ꝫ ex pte frm̃ quo ad modũ ꝛ formã ꝓcurãdi talẽ ſolutionẽ.. Tertiũ qualr̃ ipſi frẽs ſe ꝺbeãt hr̃e circa tales eleemoſynas ꝛ tenẽtes eas. In qb⁹ trib⁹ mẽbris ꝯſiſtit tota vr̃⁹ ꝛ effect⁹ ꝑdicti articli.

Tria ſũt aduertẽda in ꝓcuratiõe ſolutiõis alicuius rei:licite faciẽdam.

¶ Primũ eſt reſpectu ipſi⁹ rei cui⁹ ſolutio ꝓcurat̃. Nã expedit ꝙ ſit nec̃caria. Ita vult Nicola⁹ i dicto.§. Cũ dicit ꝙ poſſint ꝑ ſatiſfactiõe ſuaꝝ neceſſitatũ ꝛc. Qꝛ ſi vſ⁹ reꝝ nob nõ ꝯcedit̃:niſi neceſſari⁹. vt i.§. iſup nec vtẽſilia dicit. multo mi n⁹ ꝓcuratio ſolutiõis rei nõ neceſſarie. ¶ Scd̃o opꝫ ꝙ iſta neceſſitas ſit ꝑſens vel iminẽs. nõ futura ſeu poſſibilis. ¶ Circa ꝙ ẽ notãdũ:ꝙ nec̃itas ẽ triplex ſcꝫ pñs ꝛ iminẽs:futura. ¶ Preſens ẽ q̃ ẽ certa ꝛ determiata:ꝛ ſtati ꝛ icõtinẽti neceſſaria. Et de iſta loq̃t̃ Nico.i.§. ꝑdicto:cũ dicit:q̃ ꝑ tpe occurrerit. ꝛc.

Triplex diſtinguit̃ neceſſitas circa procurationeꝫ pecunie.

¶ Imminēs ṽo dr̄ q̄ eſt certa ⁊ determinata:⁊ incipit iā eſſe:nō tñ̄ eſt ſtatim neceſſaria vt p̄ma:ſ ʒ in breui:vel q2 ēt in ſe hʒ tractū tp̄is annexū in ſua execu-tione. vt in dicto. §. ibi. Et q2 opʒ ⁊ expedit. Ac ponit exēpla. Ut i libris ſcri-bēdis. edificijs faciēdis. ⁊ ſilib⁹. ¶ Futura ṽo neceſſitas dr̄: q̄ nō eſt certa ⁊ determinata: nec de p̄ſenti nec iminēti ſperat̄: tñ̄ tpe pcedente euenire poſſet. Lʒ aūt duas p̄mo ſpecificatas neceſſitates i rl̄a: extēderit ad alias ſimiles Ni-cola⁹. vt dictū eſt. Et habet̄ in. §. Ceter̄. ṽſi. q2 opʒ: nō tñ̄ ad futuras ⁊ incer-tas. Immo reſpectu illar̄: exp̄ſſe p̄hibet̄ talis pcuratio pecuniarie ſolutiōis in ſepe dicto. §. iſup nec vtēſilia: cū ibi dicat̄. q̄ͦ nō recipiāt aliq̄d ad vēdē-dū ⁊c. Nec ſub colore puidētie in futur̄. Igit̄ ſi nō p̄ſt recipe rem ad pui-dendū in futur̄: multo min⁹ ſolutionē ipſi⁹. Cui⁹ ratio ē: q2 pfectio ⁊ obli-gatio nr̄e pfeſſiōis: eſt reſpectu taliū futurar̄ neceſſitatū nō hr̄e aliq̄ꝫ certitu-dinē: ſʒ i diuia puidētia ponere ſpē nr̄a ʒ: ſicut māifeſte tota regula ⁊ ei⁹ de-clarationēs clamāt. Et pp̄terea dixit Clemēs. v. vbi ſupra. Rurſus cū p̄di-ctus ſcūs tā exēplis vite: q̄ꝫ ṽbis regule oñderit: ſe velle q̄ͦ ſui frēs ⁊ filij: di-uine puidētie initētes: ſuos i dño iactarēt cogitat⁹. Et ifra. Idcirco: non ex timore leui. laxare ſe debēt ad ꝯgregatiōes ⁊ ꝯſuatiōes hmōi faciēdas: ſed tūc tñ̄: cū eēt multū credibile iā expti: q̄ͦ non poſſent vite neceſſaria aliter

**Aduerte ſeq̄nia q2 mlt̄ū faciūt cōtra deferētes burſarios.**

inuenire: ſup hoc ꝯſciētias p̄lator̄ onerās. Hec Clemens. Nec multo min⁹ ſe extendūt dicte declaratiōes: ad fictas neceſſitates: q̄ poti⁹ ſunt ſenſualita-tes vel curioſitates: nec ad nimias p̄cioſitates aut ſupfluitates ⁊ relaxatiōes. Et ſic ptʒ q̄ͦ p futuris neceſſitatib⁹: ⁊ iſtis ſupra imediate poſitis ⁊ alijs q-buſcūqʒ ſilib⁹: nō eſt pmiſſus qualiſcūqʒ recurſus ad elemoſynas pecunia-rias ſine trāſgreſſiōe regule. Nec eſt minoris culpe extra manifeſtā. verā. cer-tam ⁊ p̄ſentē vel imminentē neceſſitatē: oblatas elemoſynas acceptare vel p-mittere deponi (etiā ſi ſint p miſſis: legatis. vel alijs ſuffragijs) vel ad hn̄tes eas recurſum hr̄e: q̄ꝫ aliquas de nouo pcurare: cū in hoc nulla ſit differētia: ⁊ vtrūqʒ ſit p̄hibitū. vt ptʒ ex ſupradictis. Nam itelligit̄ denegatū ⁊c. Et ſic ꝯſtat: q̄ꝫ neceſſitas debʒ eē ṽa: p̄ſens vel imminēs: nō futura. Et tñ̄ q2 q̄ ſit ve-ra neceſſitas nō pōt faciliter diſcerni aut examinari: ideo deciſio hui⁹ com-mittit̄ p̄latis. Et cū totale fundamētū. vt ſupra dictū eſt nr̄e pfectiōis ⁊ pfeſ-ſionis: ⁊ ecōtra toti⁹ laxatiōis ⁊ trāſgreſſiōis ꝯſiſtat i examiatiōe iſti⁹ neceſ-ſitatis p̄ſentis vel imminētis: ideo qcūqʒ p̄latus ſit vel ali⁹ religioſus cui cō-petat p̄fatas neceſſitates examinare: ſeq̄ntia debēt attendere.

**Prima conſideratio.**

PRimo nāqʒ attēdere ⁊ ꝯſiderare debʒ ſtatū ſuū. Nā vt ait qdā ex-ponēs regulā nr̄am: nō fuit intētio btī Frācīſci: inſtituere ordinē ſuū ſimilē ceteris: ſʒ quādā fraternitatē ⁊ collectionē iuſtor̄: in figuram prior̄ xp̄i diſcipulor̄: ⁊ ſi qdē ceteris ordinib⁹ pfectiorē: quo ab oib⁹ mūda-nis āplius ſeq̄ſtratā. Nec aliqñ fuit intētio ei⁹: frēs ordinis ſui: p̄clara con-ſtruere tēpla: ſʒ ſimplicib⁹ eſſe oratorijs ꝯtētos: ⁊ exiguis ac paupib⁹ tugurijs vel receptaculis habitare. Sʒ multi ipſor̄: ſue pfeſſiōis miſabilr̄ obliti: di-latāt loca: ampliāt clauſtra: plongāt dormitoria: ceteraqʒ ptendūt edificia: quaſi dn̄s talib⁹ delectet̄ ſtructuris. Et pp̄ter hec ⁊ ſilia: neceſſario hn̄t nunc currere ⁊ diſcurrere ⁊ ꝯſumere corpa ſua: ⁊ ſpm̄ deuotiōis extiguere: ⁊ p cu-

rias ⁊ ſollicitudines terrenoꝝ:repellere a ſe dei timorẽ ⁊ amorẽ:ↄ̄ſideriũ ⁊ guſtũ ſupnoꝝ:⁊ ↄtra regulã ſuã ac ſcḋm euãgeliũ:pecũie ⁊ auaricie iſiſtere:⁊ itẽ dere:⁊ ad ea q̃ reliq̃rãt redire.Et q hmõi ſunt:nõ eſt mirũ ꝙ dicãt ſe nõ poſſe declaratiões aplicas obſuare:⁊ ꝙ egẽt ampliori diſpẽſatiõe: immo poſſet tales dicere:ꝙ reditib⁹ indigẽt:ex quo vt redituati viuere volũt.

Secũdo debẽt attẽdere ſuã obligationẽ.Nam ſm determinationem eccliẽ:ſolũ moderat⁹ vſus ẽ frib⁹ ↄceſſus:vt ptȝ i pallegato.§.Inſup nec vtenſilia ⁊ in alijs locis eiuſdẽ declaratiõis.Quinimo ſũt aſtricti ad arctus vſus i ſua rła ↄtẽtos:vt ait Clemẽs in.§.Ex pmiſſis.Ad qḋ ppoſitũ dicit HENRICUS de gãdauo:qḋ ſi ſtatus oĩa abdicãtiũ claudicare nõ debȝ:q̃tũ excedit alios in tpaliũ abdicatiõe:tm̃ debȝ ſalua vite ſuſtẽtatiõe ⁊ ſtricta officioꝝ ſui ſtatus executiõe neceſſaria:alios excedere in victu ⁊ vſu illoꝝ oĩȝ in qbus eis lȝ vti parcitate.hec ille.Et.S.BOnauẽtura ait: qḋ in oĩbus rebus qbus frẽs vtunt:debȝ clareſcere aſpitas:vilitas ⁊ paupertas.Et in apologia ſic dicit.Euãgelica pauptas:p eo qḋ a terrenis ſpm̃ ſubleuat:tanq̃ ea q̃ in celis totalr theſaurizat:pfecte ipſaȝ ꝓfitẽti:ſuadet oĩb⁹ tpalibus debere nudari q̃tũ ad affectũ atqȝ dñium:⁊ arcta neceſſitate ſuſtentationis eſſe ↄtentũ quãtũ ad vſuȝ.Et hic eſt eius modus ſiue medietas:qḋ ſic relinquat dñium qḋ nõ reijciat vſuȝ:ſic recipiat vſuȝ qḋ nõ retiñeat dñium: ſic arctitudinẽ vſus ſuet:qḋ ſuſtẽtationẽ nature neceſſariã nõ deuitet:ſic neceſſitati ſubueniat:vt ad arctitudine nõ recedat.hec ille. ITEM alius expoſitor.Illa eſt ꝟa neceſſitas:q̃ manifeſtã neceſſitatẽ pſentẽ vel iminẽtẽ demõſtrat:⁊ talis qḋ ſi nõ ꝓuiderẽt:ſtatus debitus cõitatis vel alicuius officij vel alteri⁹ particłaris pſone:ſine detrimẽto ſtare nõ poſſet.Exceſſus ꝟo ſupfluus:maxime in nũero ⁊ q̃titate ⁊ ſumptu ſiue decore ẽ.Nã duo ſupfluũt: ſi vnũ ſufficit.Multũ:ſi parũ.Sũptuoſuȝ:ſi vile.Specioſũ:ſi deſpicabile. Vñ illḋ eſt ſupfluũ:quo ſublato reliquũ ſufficit.Et ſit oĩb⁹ iſtis ſupradictis bñ atentis ⁊ ↄſideratis:poterit cognoſci q̃ ſit ꝟa neceſſitas:cuius ſolutioneȝ poſſint frẽs cũ bona ↄſcientia ꝓcurare:ſiue oblatos elecmoſynas deponi pmittere:in quo ↄſiſtit vis pncipalis huius articuli pecunie. — Scḋa conſideratio. — Henricus ḋ gandauo. — S.Bonauẽtura.

Tertio reqrit qḋ iſta neceſſitas ſit ꝓpa frm̃ ipſoꝝ procurãtiũ:vel ſubditoꝝ ſuoꝝ:⁊ non aliena.Vt in.§.Ceteꝝ notat cũ dr̃.Neceſſitates ſuas.Nam ſub ptextu charitatis vel alio modo:nõ pñt frẽs elecmoſynas ꝓcurare:maxime pecuniarias cũ intentione dãdi alijs:pcipue ſecularibus.Nec etiã oblatas recipe vel deponi pmittere:cũ talis modus ſit ꝓhibitus:vt ex declarationibus manifeſte apparet. — Tertia conſideratio.

Quarto expedit ſcḋm dictã declarationẽ:ꝙ tpe ꝓcuratiõis talis pecuniarie elecmoſyne:nõ ſint alie indifferẽtes vñ frẽs poſſent dictã ſolutionẽ facere:q2 tũc ẽt nõ hẽret verã neceſſitatẽ.Et hoc vult dici⁹ Nicolaus i dicto.§.Ceteꝝ in ꝟſi.pñt tñ ipſi ⁊c.Ubi dr̃ ceſſantib⁹ elecmoſynis de qb⁹ ſatiſfieri cõmode tũc nõ poſſet.Ergo a ↄtrario ſenſu:ſtãtib⁹ elecmoſynis de qb⁹ ſatiſfieri tũc poſſet:nõ hȝ locũ dicta ꝓcuratio.Dñr aũt indifferẽtes elecmoſyne:q̃ ſimpliciter offerũt:nec p offerẽtes ſunt alicui certe deputate neceſſitati.¶ Vñ p reſolutiõe hui⁹ articuli:eſt notãdũ:ꝙ ad ↄſcientiaruȝ — Quarta conſideratio. — ¶ Aduerte q̃

ſunt ꝯſiderā da ī receptio ne eleemoſy ne pecūiarie: qualiter cun qꝫ fiat.

ſecuritatem ⁊ puritatem ſeruandam, qñ aliqua pecuniaria eleemoſyna fratribus offerť: ſiue ſit eis in teſtamēto legata: ſiue alia quocūqꝫ mō: ꝑ miſſis: vel alias oblata ſeqñtia ſunt ꝯſideranda. ¶ Primo p̄lati ꝯſiderare debēt an verā habeāt neceſſitatē p̄ſentē vel imminentē: cuiꝰ examinatio p̄cedere debꝫ anteꝗ̄ ſequať eleemoſyne acceptatio vel ipſius depoſitio. ¶ Scđo debēt attē dere: an talis neceſſitas ſit eiꝰ qualitatis ꝙ in ꝯtinenti poſſit expediri: vt qꝛ p̄terita eſt vel p̄ſens: ⁊ tūc debēt eam exp̄mere ⁊ notificare eleemoſynā offerē ti: dicēdo ꝙ ſi placuerit ſibi ꝓuideat eis de tali neceſſitate: vel cōmittat ali cui q ſuo noīe faciat. Si aūt p̄dicta neceſſitas nō pōt ſtatim expediri vel exp̄imi: vt qꝛ hñt plures neceſſitates ⁊ neſciť q̄ ſit magis neceſſaria: tūc pōt p̄latus ꝑmittere ſeu ꝯſentire: ꝙ talis eleemoſyna deponať: donec ipſi deliberet ⁊ inſinuet dictas neceſſitates: ꝙ ipſe breuius ꝗ̄ poterit debꝫ facere. Et hoc tal' eſt fiendū: ꝙ dicta eleemoſyna nō remaneat indifferēs in aliquo ſeclari ad diſpoſitiōem frm̄ quo vſqꝫ ipſis offerať neceſſitas. Nam iſtud eēt theſaurizare: vel neceſſitatibꝰ futuris ꝓuidere: ꝙ regula ⁊ declarationes cōdemnāt. vt ſupra plenius dictū eſt. ¶ Eſt etiā ſciendū ꝙ qñ eleemoſyna q̄ offerť non ſufficit oībus neceſſitatibus: ſemꝑ teneť p̄latus illas p̄us ꝓuidere: q̄ magis neceſſitatibꝰ frm̄ ⁊ cōmunitati ſunt neceſſarie: vt ſunt neceſſitates q̄ ꝓvita ⁊ ſuſtentatiōe expediūt. Nam tales debēt p̄cedere oēs alias neceſſitates. ¶ Itē debent frēs laborare ꝙ talis pecunia etiam determinata: breuius ꝗ̄ poterit expendať ⁊c. Et ſi veram neceſſitatem non hñt. ſcꝫ p̄ſentem vel imminētē: debent rñdere offerentibus: ſe non hr̄e neceſſe talē eleemoſynam: ⁊ eos exhortari vt alijs tribuāt pauꝑibus: ⁊ ſic ab eius acceptione oīno abſtinere ſcđm declarationes iam dictas.

Quinta cōſideratio.

QUinto etiam ꝯuenit: qđ hm̄oi res neceſſaria cuiꝰ ſolutio ꝓcurať: ſit talis qualitatis de qua vera ſit' credať qđ frēs bono modo eam hr̄e nō poterūt mendicādo ſine ꝓcuratiōe ſolutiōis eiuſdem. Nā ſi bono modo pōt hr̄i mendicādo: ꝓ tali nō pōt hr̄i recurſus ad eleemoſynas pecuniarias. Qꝛ tūc nō eſt vera neceſſitas ꝓcurādi talem ſolutionem. Et ideo dicit Nicolaus: quod ceſſantibꝰ eleemoſynis ⁊c. quod eſt bene aduertēdū. Nam multotiēs ſit talis nō neceſſaria ꝓcuratio: ad vitandū penā ſiue verecundiā: vel vt in maiori habūdātia: aut curioſius habeanť ⁊ ꝓuideanť frēs. Sed hec quantum ſint contra ſupradicta: notum eſt.

Attēde qnqꝫ ꝯditiōes hic epillogatas.

**Et quibus oībꝰ ſupradictis apparet:**

qnqꝫ oportere cōcurrere ex parte rei: ad hoc ꝙ ꝑ eleemoſynā pecuniariā poſſit ꝓuideri. ¶ Primo ꝙ ſit neceſſaria ṽa neceſſitate. ¶ Scđo ꝙ neceſſitas ſit p̄ſens vel imminēs: nō futura. ¶ Tertio ꝙ ſit ꝓpria frm̄ nō aliena. ¶ Quarto ꝙ tūc nō ſint alie eleemoſyne indifferētes de qbꝰ ſatiſfieri cōmode poſſꝫ. ¶ Quinto qđ ſit talis qualitatis: q̄ bono mō mēdicādo hr̄i non poſſit tales res.

Aduerte ad ſeqñtia ꝓ qētāda ꝯſcientia.

¶ Sꝫ qꝛ forte ex ſupradictis poſſit oriri ſubditis aliqua ſimulatio: credētes p̄latos errare vel nō recte examinare dictas neceſſitates: ꝙ qꝫ in his ⁊ ſimilibus ſe poſſe intromittere ⁊ in talibꝰ nō eſſe obediendū eis. Ideo ad ꝯſciētiarum inſtructionē ⁊ ſecuritatē: debent attendere illud quod circa hoc beatꝰ

BERnardinus in epl'a de qua ſupius fecimus mentionē determinauit. Et eſt in ſumma: ꝙ cū moderatio vſus: debeat attēdi ſm qualitatē pſonaꝝ: ꝛ alias circūſtātias: ideo ſupfluitates vel curioſitates nō pñt facil'r diſcerni. Et ꝓpterea non pōt ꝑ ſubditos: nec debꝫ iudicari: ſꝫ ꝑ ꝑlatos ꝛc. Naꝫ (vt dicit ꝑdictus ſcūs) in oib⁹ dubijs de q̄bus ſubditi nō pñt indubitāter determinare: tenent̄ ſtare iudicio ꝑlatoꝝ: ꝛ eis obedire: ꝛ ꝯtrariū agētes: ſunt trāſgreſſores voti obediētie: ꝛ digni punitiōe. Hoc etiam volūt Joā. xxij. in ſua declaratiōe: de qua ſupra dictū eſt. Et etiā habet̄ ꝯceſſio a Leone. x. ꝙ in oibus dubijs: pñt frēs ſecure ſtare iudicio ſuoꝝ ꝑlatoꝝ i Supplemēto. fo. ix. cōce. cixxij. Ex q̄bus ptꝫ. ꝙ cū determinatio ſupradictoꝝ ꝑlatis incūbat: nō eſt ſecuꝝ ſubditis: immo eſt ꝑiculoſum in talib⁹ ſe intromittere: pſumptuoſe iudicātes. Poſſunt tñ humil'r ꝑlatis notificare ſeu auiſare ea in q̄bus dubitant: dum tñ final'r in talib⁹ ordinationi ꝛ iuditio eoꝝ ſe ſubmittant: niſi vbi patenter ꝛ certiſſime: ac indubitāter eis ꝯſtaret ꝑlatos male ſe hr̄e in dictis pecunijs: ꝛ regulam non ſeruare. Nam tūc non eſſet eis obediendum: ſed ad ſupiorem recurrendum: q̄ꝛ tūc vident regulam non ſpūal'r obſeruari. Et ſic patꝫ primum: ſcꝫ ea que ſeruari debent reſpectu ipſius cauſe: circa eleemoſynas pecuniarias.

## ¶ Secūdū principale eſt ex parte frm̄:

quo ad modū ꝓcurādi ſolutionē neceſſitatuꝫ ꝑ eleemoſynas pecuniarias. Circa ꝙ eſt ſciendū ꝙ in ꝑdicto. §. Ceteꝝ. cū ſuis ꝟſi. dict⁹ Nicola⁹ ponit ꝛ dat certas regulas ꝛ modificatiōes ꝑ frēs neceſſario obſuandas in ꝑdicta ꝓcuratione: q̄ ꝑ ordinem ſequuntur.

S. Bernardinus.

Scd̄a ꝯſideratio principalis.

¶ Nota ſex modificationes: circa pecuniā ſeruāde.

## PRima modificatio ē ꝙ fratres mutuum non contrahant: nec per ꝯſīs nomine ipſoꝝ ꝯtrahat̄.

Prima modificatio.

SEcunda modificatio eſt ꝙ cū frēs ꝓcurāt dictā ſolutionē vel offert̄ eleemoſyna pecuniaria: nullo mō ꝑſentēt aliquē cui dicta eleemoſyna det̄ cum talis (eſſet interpoſita pſona) ſed rogent facientē eleemoſynam: vt placeat ei per ſe facere ſolutionem ſuarū neceſſitatum: vel alicui cōmittere q̄ nomine ſuo (ſcꝫ ipſius dantis) faciat dictam ſolutionem quo ſe excuſante: poſſunt frēs preſentare aliquem: q̄ nomine dantis teneat pecuniam ꝛ faciat ſolutionem. Et dicebat conſtitutio antiqua: ꝙ frēs diceret offerenti pecuniam. Dn̄e ex quo vos non poteſtis vel non vultis facere ſolutionem ꝑ vos: nec nominare aliquem. nominare vob talem: q̄ vt credimus fidel'r ſe habebit iuxta intentionem veſtram ꝛ nomine vr̄o. Ita vt ſemper appareat ꝙ talis nuntius eſt dantis ꝛ non frm̄. Item debent cauere frēs q̄d quando vadūt ad ꝓcurandā dictam ſolutionem: nullo mō patiant̄ ire ſecū aliquaꝫ pſonam ad recipiendum talem pecuniam: q̄ꝛ talis cenſeret̄ interpoſita pſona tacite: ꝑ conſenſum ſeq̄ntem. Dicunt tamen aliq ꝙ ſi vrgente neceſſitate id fieret: vt quando frēs vadunt ad alia loca vel oppida ad procurandam aliquam talem eleemoſynam: vbi veriſimil'r credūt ꝙ nō inueniūt aliqueꝫ q̄ dictā pecuniā reportet: poſſent ducere ſecum aliquē ſecularē: q̄ pri⁹ factis

Scd̄a modificatio.

ſupꝛadictis diligētijs: ⁊ dāte ſe excuſante p̄ſentaret̄ illi: vt ſuo noīe duceret: pecuniā quocūqꝫ opus eēt ꝓ ſubueniēda neceſſitate frm̄.

Tertia modificatio.

TErtia modificatio eſt ꝙ in tali ꝓcuratiōe ſolutiōis: debent ſemꝑ frēs petētibꝰ dare noticiā ſuaꝝ neceſſitatū: quaꝝ ſolutionē ꝓcurāt: exprimēdo ⁊ notificādo eas. Et hoc videt̄ velle Nicolaꝰ in. §. Ceteꝝ. v̄ſi. liceat. Ubi dicit: liceat tn̄ fribꝰ ſuas neceſſitates īſinuare ac ſpecificare ⁊ exponere ⁊c. ꝙ qdē v̄bū liceat: ⁊ ſi nō inducat obligationē fribꝰ ipſis q̄ꝫtū ad acceſſuꝫ ad hn̄tes tales eleemoſynas: ſꝫ potiꝰ ſit qdā ꝯceſſio ſecure accēdēdi ⁊ ſuas neceſſitates ꝓcurādi: tn̄ q̄ꝫtum admodū ꝑ ipſos ſeruādū in tali ꝓcuratiōe: bene papa hoc oñdere videt̄ in his terminis cū ait. inſinuare. ſpecificare. exponere ⁊c. Nō eñ pn̄t nec debēt ꝓcurare vel petere indifferēter eleemoſynas pecuniarias: moꝛe alioꝝ paupeꝝ: qꝛ talis modus ꝓcurādi dꝛ q̄ſtus pecuniariꝰ: ꝑ Clementē ꝓhibitus in. §. Poꝛro. v̄ſi. Quo circa. Nec ſufficit fribus tales neceſſitates hr̄e in mente. Nā dicit HUGO ꝙ in facto pecūie: quādocūqꝫ intētio ꝑ v̄bū oꝛdinatū exꝑmit̄: ꝯſcientie puritas ⁊ oꝛdinis retinet̄ honeſtas. Nā intentio nō pōt exponi multitudini. hec ille. Nec etiam videt̄ ſufficere dictā ꝓcurationē facere gn̄alr̄ ſue noīe neceſſitatū: qꝛ ſemper remaneret in eleemoſyna ſic ꝓcurata auctoꝛitas ſiue libertas ipſis fribus: ſaltem expēdendo ad libitū ſuū: ꝙ eſt eis ꝓhibitū ꝑ dictū Nicolaū in v̄ſi. Ita tn̄. vbi ſic dꝛ. Ita tn̄ ꝙ ab oī eiuſdē pecunie adminiſtratiōe ſiue diſpēſatiōne: frēs oīno abſtineāt. Et Clemēs in. §. Ueꝝ ēt dicit Cū dicti frēs nō ſolū a receptiōe ꝓpꝛietate. dn̄io ſiue vſu ipſiꝰ pecūie: veꝝ ēt a ꝯtractatione qualibꝫ ipſiꝰ ⁊ ab ea ſunt penitꝰ alieni. Et ſi aliqs dixerit. ꝙ de rigoꝛe non videt̄ hec tā indiuidualis ſpecificatio neceſſaria: ſꝫ ꝙ ſufficit: dicere adiūctis nos pꝛo quadā vel qbuſdā neceſſitatibꝰ: ſicut aliqs dicere auſus ē: nollo ſecū in hoc ꝯtēdere: ſꝫ dico: ꝙ ad puritatē ſuādā hoc opꝫ fieri: ad qđ oēs frēs tenemur ſicut ꝓbant p̄dicte declarationes vt ſupꝛa dictum eſt.

Quarta modificatio.

QUarta modificatio ē ꝙ qn̄ ꝯtigerit frēs alicuꝰ neceſſitatis ꝓcurare ſolutionē: nō plus ſciēter ꝯcedi vel deponi ꝑmittāt: q̄ꝫ credit̄ res q̄ ꝓcurat̄ valitura. Et ſi q̄ꝫtitas maioꝛ adantibꝰ depoſita fuerit: de illa nō ſe poterūt frēs intromittere: nec iuuare ſine expꝛeſſo ꝯſenſu deponētis vel dātis. Ut dixit Nico. in p̄dicto. §. v̄ſi. Qꝛ puritatē. Et v̄ſi. Caueant. Et qn̄ dubitāt frēs ne foꝛte maioꝛ q̄ꝫtitas deponat̄ quā ꝓ illa neceſſitate ꝓ qua petūt neceſſe hn̄t: petāt licētiā adante: ꝙ ſi aliqd ſuꝑ erit: poſſit expēdi in alia neceſſitate. Et ſi dederit: poterūt dicti frēs vti re empta ex illa pecūia. Alias aūt nullo mō: ſꝫ depoſitariꝰ mittat illā dn̄o deponēti. Uel ſi receſſit ita ꝙ nō ſperat̄ vlteriꝰ poſſe hr̄i: dabit̄ pecunia illis qbꝰ debent̄ bona incerta. ſ. cruciate: qn̄ habet̄. ꝓpterea eſt bonū ꝯſiliū: vt qn̄ ſolutio ꝓcurat̄ alicuiꝰ rei a fribus: pꝛius ab ipſis ſciat̄ pꝛeciū determinatū illius rei.

Quinta modificatio.

QUinta modificatio eſt: qđ ſi eleemoſyna pecuniaria: non ſtatim debꝫ ſolui ſꝫ deponi penes aliquē: ita fiat vt tam dn̄s q̄ꝫ recipiens: ſemper cognoſcāt ꝙ noīe frm̄ nihil deponit̄ nec recipit̄: ſꝫ ipſius dātis. Et ſi credit̄ qđ talis eleemoſyna q̄ deponit̄ nō ita breuiter poterit expendi: qꝛ vꝫ hꝫ tractū annexū tꝑis: vt ſupꝛa dictū fuit: tūc frēs ꝓteſtent̄: p̄ſertim apđ glo-

nas ſtatum nr̃m ignorantes q̈ q̈diu pecunia ipſa durauerit: dn̄ium. ꝓprietas. poſſeſſio ⁊ vſus: ad ipm̄ dn̄m dātem remaneat: cum libera ptāte reuocā de plene. integre ⁊ pfecte. ⁊ q̈ frēs in dicta pecunia eleemoſynaria: nihil oīno iuris hr̃e volunt nec pn̄t: nec adminiſtrationem: nec vſum: nec aliqđ dn̄iu; vt volunt p̄dicti Nicolaus: ⁊ Clemens.

Sexta modificatio ē circa ſubrogatiōes faciēdas: nā tenenť frēs a dn̄o talē eleemoſynā deponēte: exp̄ſſam petere licētiā: q̈ i caſu quo oportueat fieri ſubrogatiōes ſiue dn̄atiōes alioꝝ nūtioꝝ ſeu depoſitarioꝝ: totū ꝓcedat de ſua volūtate: ita q̈ cū depoſitarijs nō ſolū in ſubrogatiōib⁹: ſ; etiā i oīb⁹ ⁊ p oīa poſſint frēs facere qđ poterāt cū ipſo p̄mo dāte ſi adeſſet: donec iuxta volūtatē dn̄i deponētes expēſa ſit pecunia: vt vult Nicolaus in ſepe dicto. §. Ceteꝝ. in v̄ſi. ac ipſi⁹ dn̄i. ſ. pecunie habeaſ aſſenſus i ſubrogatiōib⁹ infra ſcriptis. ¶ Et ſic pt; q̈ p frēs ꝓcurātes ſolutionē pecuniariam: hec ſupradicta ſex ſunt obſ̄uāda. vc;. Primū q̈ nō ɔtrahāt mutuū. Scđ; q̈ nō ducāt pſonā ſecū qn̄ ꝓcurāt dictā ſolutionē: ſ; dās p ſe vel p aliū. ⁊c. Tertiū q̈ ſemp exp̄manť neceſſitates ꝓ q̈b⁹ ꝓcuraſ dicta ſolutio. Quartu; q̈ frēs ſciēter nō pmittāt pl⁹ deponi q̈ neceſſe habeāt. Quītū q̈ faciāt frēs ꝓteſtationē dāti vt dictū eſt. Sextū q̈ habeaſ a dāte licētia ꝓ ſubrogatiōib⁹ faciētis ⁊c. Et ſic pt; ſcđm principale.

Sexta modificatio.

Epillogatio p̄dictaꝝ modificationū.

# Tertiū principale quātū ad modū

quē frēs debent tenere circa tales eleemoſynas ⁊ tenentes eas. ¶ Primū eſt q̈ frēs nullū dn̄ium: actionē: adminiſtrationē ſiue diſpēſationē habeāt nec hr̃e intēdāt in dicta pecūia. ¶ Scđm vt nō ɔueniāt in iudicio eā tenentē: qualitercunq; ſe habuerit i dicta pecūia: nec aliquomō eā repetāt aut cōpotū ſeu rōne; de ea petāt. ¶ Tertiū eſt: vt ſub breuib⁹ oīa icludanť: q̈ q̈diu dicta pecūia durauerit: nullā inſinuationē: v̄bo: facto vel ſigno oſtēdāt: p quā apparere poſſet eos hr̃e aliquā auctoritatē: actionē vel diſpēſationē aut adminiſtrationē in dicta pecunia. Nec ēt i corde debēt hoc hr̃e: ſ; ſolū eis ɔcediť ⁊ pmittitur: ſuas iſinuare neceſſitates ⁊ eaꝝ ſolutionē ꝓcurare. Et ſi tenētes negligētes fuerit circa dictā ſolutionē: pn̄t eos frēs exhortari: ⁊ eoꝝ ɔſcientias onerare: vt fidelr̄ ſe habeāt i re ſibi cōmiſſa. Que oīa ad lr̄a; ponit Nico. iij. i p̄dicto. §. Ceteꝝ. v̄ſi. Ita tn̄ q̈ penes ⁊c. Et etiā Clemēs. v. i dicto. §. Porro. v̄ſi. Deniq;. Et p ɔn̄s nō pn̄t p̄textu pietatis: eleemoſynā alteri facere de illa: vel alteri mutuare: ſiue de vna pſona i aliā mutare. Hi eñ oēs act⁹: ptinent ad p̄mū dātē vel ad ſubſtitutū: ſi ad hoc ab ipſo habuit facultatē: alias non.

Tertia conſideratio p̄ncipalis.

## ¶ Ex quib⁹ oīb⁹ epilogādo dicim⁹: q̈

duodecim requiruť ad hoc q̈ frēs minores licite poſſint ſuas neceſſitates: pecuniarijs eleemoſynis prouidere: ſiue per tales eleemoſynas: ſuas neceſſitates procurare.

Epillogatio p̄dictorū reducēdo ad. xij. ɔditiōes

Primū eſt q̈ habeāt verā neceſſitatē. Cōtra qđ facerēt ꝓcurātes (pecūnia mendiāte) res ſupfluas: ſiue ſint ornamēta aut vaſa eccliaſtica. ſc;

Prima cōditio.

calices:tapeta ⁊c. vl' libros duplicatos de eadē materia: vl' alias non neceſſarios: aut edificia ſiue officinas nō neceſſarias: vl' ſtatui paupi nr̄o nō ɔueniētia. ¶ Itē ɔtra ſupradicta facerēt ꝓcurātes res nimiū p̄cioſas. vt calices. cruces ⁊ alia (q̄bus vti pn̄t frēs) non mediocria vl' mediocris p̄cij: ſiue ꝓcurantes vaſa argētea: quando alterius metalli ſufficeret. vt ampullas. cādelabra. turibulum. ⁊ nauiclam argentea. ¶ Item procurantes curioſa. vt q̄ elaborata edificia: aut ornamenta expoſita ſeu pulchriora ⁊ ſilia. Nam nimia precioſitas: ſuperfluitas aut curioſitas: ſtatui noſtro non poteſt conuenire: vt dicit Clemens.

Scda condi tio.

Secūdū ꝙ ſupra dicta neceſſitas ſit p̄ſens vel imminēs vt ſupra declaratū eſt. ¶ Cōtra iſtud facerēt: q̄ diffidētes de diuina ꝓuidētia: facerent magnas ⁊ exceſſiuas ɔgregatiōes grani vel vini: olei aut piſciū vel ſimiliū ꝑ ꝓuiſiōe future neceſſitatis poſſibilis: cū adhuc ēt ſi pecūia nō interueniat nō poſſit fieri: vt dicit Nico. in. §. Inſup nec vtēſilia. verſi. ne ſub colore ꝓuidētie in futuꝝ. ¶ Cōtra hoc etiā facerēt: ɔſentiētes vl' p̄mittētes deponi pecuniā: etiā ſi det̄ ꝑ miſſis legatis: vl' alias liberalr̄ offerat̄. Nā in hoc nulla differētia fieri deb3: qualr̄ obueniat pecūia: q2 nō pl⁹ habet̄ in illa q̄ dat̄: ex eo ꝙ dic̄r miſſe vl' alia ſuffragia: vl' q̄ liberalr̄ donat̄: vl' in teſtamēto legat̄ aut a ſuis parētib⁹ largit̄: q̄3 in alia q̄ eſt in p̄tāte imꝑatoris. Ita ꝙ in nullo caſu deponi pōt ꝑ neceſſitate futura: poſſibili.

Tertia cōditio.

Tertiū ꝙ p̄dicta neceſſitas ſit ꝓcurātis: vel frm̄ ſibi cōmiſſoꝝ. Ita ꝙ nō ſit aliena. ¶ Cōtra hāc facerēt q̄ ſub ſpecie charitatis: peterēt eleemoſynas tales ꝓ alijs q̄buſcūq3 ꝑſonis: etiā religioſis vel ɔuētibus alijs. Et mlto grauı⁹ peccarēt q̄ ꝓ ſclarib⁹: paupib⁹ aut amicis: tales eleemoſynas ꝓcurarēt: vl' eas illis darēt. cū nec miniſter gn̄alis cū toto caplo gn̄ali imo cū toto ordine: nō poſſit vnū denariū: etiā amore dei dare. Q2 miniſter gn̄alis: nec min⁹ ali⁹ frater nō eſt dn̄s nec adminiſtrator pecunie ſiue diſpēſator: ſicut clare colligit̄ ex declaratiōib⁹. Et ſi dicas ꝙ Nicolaus ɔceſſit poſſe dare vilia. ⁊c. Dico ꝙ veꝝ eſt res viles: ſed nō denarios.

Quarta ɔditio.

Quartū ē ꝙ talis res nō poſſit mēdicando h̄ri oſtiatī. ¶ Cōtra iſtō facerent: q̄ ſine aliqua ɔſideratione: ſolutionē rei ꝓcurarēt: q̄ mēdicando poteſt commode haberi.

Quinta ɔditio.

Quintū ꝙ tp̄e ꝓcuratiōis vl' depoſitiōis pecunie: nō ſint aliq̄ eleemoſyne indifferētes: q2 tūc frēs vel nō h̄nt verā neceſſitatē. ¶ Et ſic facerent ɔtra hoc: in tali caſu q̄rēdo vel ꝓcurādo ꝑ plateas: vel mercat⁹: vel curias: aut apō dn̄os ſeu alias quaſcunq3 ꝑſonas: eleemoſynas pecuniarias: vel p̄mittendo oblatas deponi.

Sexta cōditio.

Sextū ꝙ frēs mutuū nō ɔtrahāt: vl' alij ſuo noie: ſed put dicit Nicolaus: exiſtēte vera neceſſitate pn̄t aliquē rogare ꝙ ſibi ſubueniat: ⁊ certū facere illū: ꝙ frēs fidelr̄ laborabūt vt ſibi fiat ſatiſfactio. ⁊c. Non tn̄ pn̄t ſe obligare: nec pignora dare. ¶ Cōtra illō facerēt ſe obligātes: vl' ſuo noie alium ſubmittentes ad hoc.

Septima cōditio.

Septimū ꝙ frēs nō nominēt vel p̄ſentēt ꝑſonā q̄ recipiat eleemoſynam pecuniariā: ſ3 dans ꝑ ſe vel ꝑ ſuū nunciū ⁊c. vt ſupra dictū eſt. ¶ Con-

tra hoc faceret q̄ ſtatim ſine p̄dicta diligētia:p̄ſentarēt aliquē vel noiarent ad hoc ꝙ teneat pecuniā.⁊c. Attñ exēpti ſunt pr̄es italici ab iſta ꝯditiōe. Nā ſta tiȝ pñt noiare ſindicū pape:aliū tñ nō poſſent noiare:niſi ſicut nos. Oēs eñ alie ꝯditiōes:ita compꝛhendūt illos ⁊ tenent illas ſeruare ſicut ⁊ nos: niſi tñ quo ad iſtā noiationē ⁊ ſubꝛogationes ⁊c.qꝛ iſte ſindic⁹ in illis ſe habȝ quo ad ſubꝛogationes:ſicut quo ad nos ꝓcuratoꝛ pꝛimi dātis.¶ Contra hoc fa ciunt aliter ſe hñtes. Et nota ꝙ vult Nicolaus:ꝙ ſi aliqua eleemoſyna fra tribus ꝑ nunciū alicui⁹ mittat ſine aliqua expꝛ̄ſſione:intelligat venire cū oi bus ꝯditionib⁹ conuenientibus ⁊ neceſſarijs:ad hoc ꝙ frm̄ neceſſitatibus de illa pꝛouideatur.

Octaua ꝯditio.

OCtauū. Ut qñ ꝓcurat ſolutio neceſſitatū frm̄:expꝛimat neceſſitas. vt ꝓ pane:vino:piſcib⁹ ⁊c. Nam petere gñalr̄:eſt q̄ſtus pecuniari⁹:ꝑ cle mētinā ꝓhibit⁹.¶ Cōtra hoc facerēt ꝓcurātes ꝑ curias:nūdinas:vł alia q̄cūqȝ loca:eleemoſynaȝ ꝓ ſuis neceſſitatib⁹:nullā particularit̄ aſſignā do.¶ Itē faceret ꝯtra p̄dicta:q̄ i ſuis eccl̄ijs vel domib⁹ ꝓ ſuis neceſſitatib⁹: ꝯſentirēt aut ꝑmitterēt ꝓijci pecuniā:ꝓ oſculādis reliquijs vel cruce in die veneris ſctā. vel lucrādis indulgētijs:ēt ſi ſecularis talē pecuniā aſſumat ad diſtribuēdū ad libitū frm̄. Nā eſt q̄ſtus pecuniari⁹:ꝓhibit⁹ ꝑ Clementē. Et ita plerūqȝ in multis capitulis gñalibus fuit declaratum.

Nona conditio.

NOnū ꝙ caueāt frēs:vt qñ ꝯtingit eos ſolutionē alicui⁹ neceſſitatis ꝓ curare:nō ꝑmittāt plus ſciēter dare ſeu deponi:q̄ȝ credit res ipſa va litura cui⁹ ſolutio ꝓcurat. Et ſi plus datū fuerit:de illo nō pñt ſe itro mittere:ſine expꝛ̄ſſa licentia dantis.

Decima ꝯditio.

DEcimū ꝙ eleemoſyna pecuniaria:certe neceſſitati aſſignata:nō com mutet in aliā. ſ. abſqȝ expꝛ̄ſſa licentia dātis vel ſui ſubſtituti ſi ad hoc recepit poteſtatem.

Undecima coditio.

UNdecimū ꝙ q̄uis ſ̄m eūdē Nicolaū:plurib⁹ poſſit cōmitti diſpēſa tio alicui⁹ eleemoſyne:ſiue ꝓpter locoꝝ diſtātiā:⁊ ꝯditiōes ſeu alias circūſtātias:ſiue alias:nulla tñ depoſitio pecūie ſeu mutatio fieri pōt a frib⁹:abſqȝ auctoꝛitate:ꝯſenſu ⁊ volūtate dñi p̄ncipalis. Et ideo debēt frēs rogare dñȝ dātē:vt qcqd talis pecūie ꝯtractatiōis ſeu cōmutatiōis fieri opoꝛ tuerit:id de ſuo ſemꝑ ꝯſenſu ⁊ auctoꝛitate ꝓcedat:ēt ſi ꝑ mille man⁹ trāſeat: ex quo ſemꝑ ē ſua:donec ꝯuerſa fuerit i res licitas frm̄ vſib⁹. Ac ꝙ ſit etiaȝ ꝯtent⁹:ꝙ frēs noie ipſi⁹ dātis:nominēt tot ꝑſonas:qb⁹ pecūia det ad haben dū rem neceſſariā:quot op⁹ fuerit. Et lȝ Nicola⁹ videat dicere:ꝙ ſi pꝛimus deputat⁹ nō poſſet vel nollet ducere pecuniā ad locū vbi hñda ē res neceſſa ria ꝓ illa:ꝙ poſſent frēs cū iſto facere:ſicut cū dño p̄ncipali:quo ad ſubꝛogā dā aliā ꝑſonā:⁊ i alijs. Et lȝ ſic itellexerit actoꝛ ꝯfoꝛmitatū:tñ cōiter alij expo ſitoꝛes intellexerūt:ſi habit⁹ eēt aſſenſus dñi p̄ncipalis:ꝑut declaratio dicit· bis ṽbis. Ac ipſi⁹. ſ. dñi habeat aſſenſ⁹ ſuꝑ ſubꝛogatiōib⁹ īfra ſcriptis. poſt qđ ſeqt. Qđ ſi ad p̄mū dantē frēs nollēt ire:pñt cū noiato facere:ſicut cū pꝛi mo. Et ſic vnū ius ſupplet ꝑ aliud. Nā (vt p̄dict⁹ Nicola⁹ dicit in iſta decla ratiōe) ea q̄ in p̄ncipio ad mediū ⁊ ad finē:illa ṽo q̄ in medio ad finē ⁊c. ſe pe referūtur. Si aūt ꝯtigerit dñm pꝛincipalē moꝛiante q̄ȝ pecunia expēdat:

ſi ipſe iam dixerat ꝙ illa pecunia expederet in neceſſitatibus frm̄: qcqd de ipſo ꝓcedente ꝯtingat moriendo:pñt frēs ad perſonam deputatam recurrere:ſicut poterant ad primum dantem. Non obſtante morte eius vel contradictione ſui heredis.

Duodecima conditio.

Ultimū:ꝙ frēs nullū dñium:actionē vel adminiſtrationē in dicta pecunia oſtendant ſe hr̄e: ſicut non hñt.⁊c. prout ſuperius dictum eſt ad plenum:⁊ ꝓpterea hic curſim tranſiui per iſta duodecim reqſita. Ideo ſi bene vis illa intelligere.lege totum tractatum de pecunia: ⁊ ſupple vnum ꝑ aliud. Quo lecto ⁊ bene intellecto:⁊ timore dei ante oculos tuos poſito:⁊ zelo tue religionis in corde tuo fixo:poteris impolluta ꝯſciētia tranſire:lꝫ difficilime. Et ideo aliud remedium eſt ſecurius ꝙ̄ legere ac intelligere ſcꝫ fugere pecuniam ſicut peſtem. Eſt eñ allectiua valde. Unde ſctūs BONAUENTURA dicit:ꝙ pecunia auide petitur:incaute recipitur:⁊ĩncautius contrectatur. Et propterea beatus Franciſcus voluit filios ſuos:ſuper omnia a denarijs eſſe alienos. Nec contra hoc ſummi pontifices diſpenſarunt:ſed tantum declarauerunt in illis duobus caſibus:ſcꝫ/pro neceſſitatibus infirmorum:⁊ fratribus induendis per beatum Franciſcum exceptis:includi ⁊ intelligi debere omnes alios ſimiles. Nam de ſilibus idem eſt iudicium. Et ſi ſeruentur prout in dictis declarationibꝰ Nicolai.iij.⁊ Clementis.v.continetur:audeo dicere:ꝙ in cuſtodiendis illis:puritas regule:⁊ retributio multa exiſtit. Nec per hoc derogatur perfectioni ipſius regule. Alias eccleſia vniuerſalis erraret:(quod nefarium eſt cogitare) dando occaſionem peccandi:vel impediendo profeſſores huiuſmodi a ſua perfectione in regula promiſſa. Nam dictarum declarationum:vna fuit edita in concilio Uiennenſi:alia ſimiliter in illo fuit roborata ⁊ collaudata. Non ſic autem dicimus de diſpenſationibus ſubretitijs:immo illas abominamus:exhortemus:⁊ dicimus communiter eſſe nullius valoris: quia ille non declarant regulam:ſed denigrant:deſtruunt ⁊ annihilant ſtatum nr̄m. Et pontifices bene informati:non dediſſent talia. A qbus relaxationibus nos liberet ⁊ in obſeruatione noſtre regula dirigat ⁊ confirmet:dominus noſter Jeſus chriſtus:meritis ⁊ interceſſione beatiſſime virginis Marie:⁊ Seraphici patris noſtri FRANCISCI:cuius veſtigia imitari deſideramus: ſeu deſiderare optamus.

S. Bonauētura.

¶ Explicit Speculum (et vtiqꝫ perlucidum) fratrum Minorum regularis obſeruantie:per Reuerendum Patrem ſupra memoratum:predicti ordinis ⁊ obſeruantie profeſſorē:ac rerū ſue religionis:ſtudioſiſſimū indagatorem:accuratiſſime editum: ꝑut ſeries huius ſui Libelli liquidiſſime manifeſtat.

✠

# ¶ Incipit tabula plurium queſtionuꝫ ſuper regulam Frm̄ Minorum a Doctore Seraphico ſancto Bonauentura editarum.

¶ Quare ſanctus Franciſcus nonam regulam inſtituerit. q.1.
¶ Quare frēs p̄dicent populo: ⁊ ꝯfeſſiões audiant. q.2.
¶ Quare frēs in ſecreta conuerſatione ſtudētes lrās ſtudioſo modo. q.3.
¶ Quare tantus ordo mēdicitati quotidiane ſe exponat? q.4.
¶ Quare frēs in ciuitatibꝯ ⁊ oppidis freq̄ntius maneant? q.5.
¶ Quare frēs altas ⁊ magnas domos erigāt: ⁊ oratoria ſumptuoſa: ⁊ areas latas magno p̄cio comparent? q.6.
¶ Quare frēs plura colligant vel ſeruent q̄ꝫ q̄ poſſit quotidie ad vnius diei dictum ſufficere? q.7.
¶ Quare frēs plura modo petant q̄ꝫ olim? q.8.
¶ Que ſit cauſa impatientie frm̄ in penuria circa ea qbꝰ indigent? q.9.
¶ Quare indifferenter non recipiant omnes volentes noſtro aggregari conſortio? q.10.
¶ Quare nō laborent frēs manibus ꝑ victu? q.11.
¶ Utrum de quolibet ordine poſſit quis tranſire ad regulam ⁊ religionem frm̄ minorum? q.12.
¶ Utrum poſt emiſſam profeſſionem in iſta religione: liceat ad aliam tranſire? q.13.
¶ Utrū liceat ordini ⁊ frībus eijcere aliquē ꝑ demeritis: vel egreſſo ⁊ penitē ti ⁊ petenti receptionē denuo denegare? q.14.
¶ Quare frēs recipiendo inutiles multiplicent numerum: ⁊ ſeipſos ⁊ alios onerent? q.15.
¶ Unde eſt q̄ꝺ aliq religioſi ſunt moribus ita diſtorti: ⁊ rudes ſicut aliqui ſeculares? q.16.
¶ Quare oēs diſcholi ꝑ quos religionis puritas deformat̄ non eijciant̄ ab ordine? q.17.
¶ Que ſint p̄cipua in qbus bona religio agnoſcit̄: ⁊ in qbus alia melior altera extimatur? q.18.
¶ Que ſint potiores cauſe qbꝰ in vita religioſa vident̄ ordines deficere: ⁊ in tp̄alibꝰ ⁊ qbuſdam cerimonialibꝰ ꝓficere? q.19.
¶ Quare inter religioſos oriant̄ diſſenſiões: ⁊ inuidie ſicut ⁊ inter ſeclares: ⁊ aliquando acriores? q.20.
¶ Quare frēs ſtudioſe abſcondāt facta ſua? q.21.
¶ Quare frēs potius freq̄ntēt mēſas diuitū q̄ꝫ pauperū? q.22.
¶ Quare frēs magis honorēt diuites q̄ꝫ paupeꝛ: ⁊ ꝓmptius ſuiāt eis, in confeſſionibꝰ audiēdis: ⁊ alijs ꝯſilijs: ⁊ obſequijs. q.23.
¶ Quō frēs minores hn̄tes domos hortos libros veſtes: ⁊ alia victui neceſſaria ꝑ tpe excuſant̄ a trāſgreſſione regule? q.24.

¶ Quō frēs pecuniariā eleemoſynā ꝓcurātes: ⁊ p alios eā recipi ⁊ ſeruari: ⁊ ad libitū ſuū diſtribui faciētes: nō dicant ꝯtra regulā p interpoſitā pſonā pecunie receptores? q.25.
¶ Quare frēs petāt eleemoſynā ab iniuſta lucta ſectātibꝰ? q.26.
¶ Quare clerici magis odiant ⁊ perſequant frēs q̄ laici: ⁊ ſimplices ſacerdotes? q.27.

## ¶ Explicit tabula queſtionum ſancti Bonauenture ſuper regulam frūm minorum.

## ¶ Incipiunt determinationes multarum pueſtionū ſuper regulā beati Françiſci: edite a doctore ſeraphico ſancto Bonauentura.

## ¶ Prologus.

Cum inter alios ordines religioſoꝝ ordo frūm minoꝝ datus ſit ecclie ad edificationē fideliū in fide ⁊ moribus p ꝟba doctrine ⁊ exēpla bone ꝯuerſationis: qbꝰ ⁊ fideles erudiant ad imitādū: ⁊ fides muniat cōtra prauitatē hereticā: ſicut lucerna fugās in domo tenebras ⁊ opantes promouens: vt eadem edificatio afferat fructum ampliorem: neceſſe eſt ordinem ipſum quattuor ornamentis eſſe preditum: ſine quibus minus proficeret in alijs: licet forte quo ad ſe aliquo illorum poſſet carere.

¶ Quattuor ornamēta religionis.

¶ Primū eſt: vita irreprehenſibilis: q̄ maxime ſibimet ꝓdeſt ⁊ alios edificat. ¶ Scd̄ꝫ: ſciētia ſacre ſcḋture ſine q̄ nec ſecure nec vtilr̄ poſſere alios docere. ¶ Tertiū ē: auctoritas ṗdicādi ⁊ ꝯfeſſiōes audiēdi: i qbꝰ maxime ꝓſunt fidelibus frēs. ¶ Quartum: ratio ſatiſfactoria ſuper qbuſdam dubijs apd̄ illos q non intelligunt qualiter fiant rōnabilr̄ ⁊ licite: immo neceſſario ⁊ meritorie in ordine: ſuper quibus aut miranť: aut ſcandalizanť: vt ſciant qualiter ⁊ quomodo iſta fiant rōnabilr̄: cum ad hoc teneamur. Nam vt coram ceco offendiculū non ponamus: opa noſtra lux debent eſſe coram hoibꝰ iuxta illud Math. v. Ut luceat lux veſtra coram hoibus. Uos eſtis lux mūdi. Et ideo expedit in lucem ponere: ⁊ rōnem oſtendere de ijs que non intellecta poſſent putari tenebre: ⁊ per conſequens poſſent aliorum edificationē de nobis aliquatenus impedire. ¶ Sicut eñ artis alicuius ignarus videt aliqua ab illius artis opificibus inſtrumēta hr̄i q̄ nō intelligit ad qd̄ valeāt: ita plerumqꝫ ſeculares ⁊ rudes miranť quare ſpūales hoc ⁊ hec faciant. Ita vt expediat aliqua ab eis abſcondere: non ex ſimulationis palliatione: ſed ꝓ cautela: ne ponať offendiculum infirmis: ⁊ puſilli intelligentia: materiam ſcādali inde ſumant. Aufer rubiginem de argento ⁊ egredieť puriſſimum vas. Hoc eſt. tolle de bono quod facis ſuſpitionem: rōnēꝫ: reddēdo ⁊ apparebit purum ⁊ bonū qd̄ putabať vitioſum. j. Petri. iij. Parati ſemper ad ſatiſfactionem ⁊c. Ipſa em̄ opera dei puriſſima in ſe: ſepe ſunt in rudibus ⁊ in in-

fidelibus occaſio ſcandali cum non intelligunt: ⁊ ſiniſtre ac peruerſe interp̄tant̄. Math. xij. Beatus q non fuerit ſcandalizatus in me. p̄s. xvij. Cum ſancto ſanctus eris: ⁊ cum peruerſo pu̇erteris. Ut ergo lucerna clari⁹ luceat: offendiculum auferas ei: ⁊ limpidius lumen effundet.

¶Queſtio.j.

PRimo igitur queritur. Cuꝫ tot ſancti ordines approbate regule fuerint: cur ſcũs Frãciſcus nouã regulã facere voluit: quaſi non ſufficerent prioꝝ inſtituta ſanctoꝝ? Ad illud tibi rñdeo: ꝙ p̄r ſcũs Frãciſcus ſpũ dei plenus ⁊ zelo charitatis dei ⁊ ꝓximi totus ignit⁹. triplici deſiderio flagrabat: vcꝫ vt totus poſſet eſſe imitator xp̄i in omni perfectione v̇tutuꝫ. Item: vt totus poſſet adherere deo p̱ aſſidue ꝯtemplatiõis ei⁹ guſtũ. Item: vt multos poſſet lucrari deo: ⁊ ſaluare aĩas p̱ q̄bus xp̄s voluit crucifigi ⁊ mori. Et q̄ nõ ſufficit ei vt iſta in ꝓpria pſona tm̃ ageret: voluit inſtituere ordinẽ: vt multos coop̱atores haberet: nõ ſolũ in p̄ſenti ſed etiã in futuro: q̄ et ſanctitatis ei⁹ imitatores exiſterẽt: ⁊ alios deo plurimos lucrarent̄.

Cauſa inſtitutiõis ordinis minoꝝ.

Ordines aũt quos ipſe ſcũs Frãciſcus iuenit in eccl̃ia: aliqua p̄dictoꝝ triuꝫ ex parte habeãt. Ut religioſi cenobite q in ſtudio v̇tutum xp̄i imitant̄ veſtigia. Heremite q contẽplationi diuine frequẽtius vacant. Et clerici rectores plebium q aĩarum curam hñtes officio: lucris aĩarum oĩ vigilantia ītendere debent. Et q̄ hec tria ſimul iuenit ĩ nullo ordine: ſpũ ſancto edoct⁹: nouã condidit regulam: ⁊ nouũ ordinem iſtituit: quo in profeſſione euangelicoꝝ conſilioꝝ: obedientie vcꝫ ⁊ caſtitatis: ⁊ abdicatione ꝓp̄etatis: xp̄i veſtigia ſeq̄ret̄: ⁊ in officio p̄dicationis ⁊ confeſſionis: aĩarum lucra vtiliter quereret: ⁊ in altiſſime paup̱tatis mendicitate: libertatem ſpũs retinens: cõtemplatiõis ſup̱ne app̄henderet puritatem. Nam ⁊ ſi actionis exterioris occupatio aliquotiens interrũpat ocium ꝯtemplandi: ipſa tñ libertas cordis: nullis ſolicitudinibus t̄palium diſtracta: ſp̃ualis vacationis magnam preſtat ſtudioſis oportunitatem: vt orãdo. legendo. meditãdo ⁊ ꝯtemplando. Plus eñ obeſt ad deuotiõis puritatem aſſequendam ſtrepitus t̄palium curarum: ꝙ̃ exercitatio v̇tuoſarum actionũ: q̄ curarum importunitas in ocio corp̄is: generat mẽtis inq̄etudinem. Boni aũt op̄is fidelis exercitatio: ꝯſcientiaꝫ quietat: ⁊ impingãdo eleuat in ſup̱na. Sicut q laborat in p̄paratiõe ꝯuiuij: ĩ quo q̄etus iocunde epulet̄. Unde dñs p̱ diem occupabat̄ in doctrina ppl̃i: ⁊ egrotãtium curatiõe: in noctibus: orõnibus in mõte vacabat. Luce. xxj. Erat autẽ diebus docens in templo: noctibus ṽo exiens morabat̄ in monte oliueti ⁊c. p̄s. xlj. In die mandauit dñs mĩam ſuaꝫ: ⁊ nocte canticũ eius. Noluit ſc̃tũs Franciſcus eſſe frẽs ſuos aſtrictos ad curam aĩarum ex debito neceſſitatis: ſed ex libere charitatis affectu: ⁊ vt meritũ expectarent de fructu ſalutis aliorum: ⁊ p̱iculum euitarẽt de p̱ditione coꝝ: participes in lucro: indẽnes in detrimento: vt alios extrahãt de naufragij ſeu incendij p̱iculo: ĩ pſi tuti ꝯſiſtentes in ſolido nõ periclitẽtur cũ pereuntibus in peccato.

¶Tria hꝫ ordo minoꝝ ſup̱ alios ordines.

¶Queſtio.ij.

# Cur ergo qui aiaꝝ curã oꝛdinarie non

ſuſcipitis: ꝑdicatis pplo: ⁊ ꝯfeſſiones auditis: mittẽtes falcem in meſſem alienam: cũ illis ꝓpꝛie cõpetat q animaꝝ curam ex officio gerũt: iniuriãtes plebanis in quoꝝ videmini ꝑiudicium exercere officia illis cõmiſſa: ⁊ decipiẽtes illos quos abſoluitis ſup quos iuriſdictionẽ nõ habetis oꝛdinariã: contra canonẽ inſtituta ⁊ ꝑiculum animaꝝ vr̃aꝝ? ¶ Reſpondeo. Nulli in hoc facim⁹ iniuriã: nec aliquem decipim⁹: ſed ſedes aplica ꝗ immediate curam eccľie hꝫ: ⁊ a qua ceteri eccliaꝝ paſtoꝛes tam maioꝛes ꝙ̃ minoꝛes gubernãdi ſuſcipiunt auctoꝛitatem: tam mediate ꝙ̃ immediate: ⁊ a qua oẽs leges canonum emanant: videns in his nouiſſimis tꝑibus (iuxta aplm) inſtare tꝑa ꝑiculoſa ſacre laxatis euãgelice ꝑdicatiõis retib⁹ in capturã: tãtos ifluxiſſe piſces hoim ad fidei pꝛofeſſionem: qꝺ rete fidei ſcindit̃: meſſem fideliũ mltã ⁊ opꝛarios idoneos paucos: eo ꝙ pctã quotidie multiplicant̃ in eccľia: ⁊ epi negocijs exterioꝛib⁹ dediti: ſpũalibus intẽdere neq̃unt: ⁊ pauci ſunt paſtoꝛes in eccľijs ꝑſonalr̃ reſidẽtes: ſꝫ vicarijs ⁊ mercẽnarijs committũt oues: ſiue aias regẽdas: in quoꝝ plurimis multi eueniũt defectus imperitie: ⁊ honeſte vite negligẽtie ⁊ alioꝝ defectuũ ꝑ quos ad gubernãdas aias reddunt̃ inhabiles: ⁊ nõ eſſe q plebes erudiãt: vel a pcti facib⁹ extrahãt: vocauit nos in adiutoriũ tam cleri ꝙ̃ ppli: vt ꝑ offm̃ ꝑdicatiõis ⁊ ꝯfeſſiõis ſubueniam⁹ aiabus: ⁊ onus paſtoꝝ ſubleuãdo: alleuiem⁹. Sicut petr⁹ ⁊ ei⁹ ſocij nõ valẽtes ſoli rete piſcium ad litt⁹ trahere pꝛe multitudine: annuerũt Jacobo ⁊ Joanni ſocijs ſuis in alia naui: q̃ ſignat religionẽ: vt venirent ⁊ adiuuarent eos: ne vel ipſi mergerent̃: vel piſces capti perirent. Luce. v. Cũ ergo ex aplice ſedis miſſione: epoꝝ beniuolẽtia: ꝑdicatiõis opa ⁊ ꝯfeſſiõis ſubditis eoꝝ impendimus: eos ex charitate ⁊ auctoꝛitate eoꝝ abſoluim⁹: ⁊ nõ decipim⁹ eos: ſꝫ iuuam⁹: ⁊ in illis fit nõ pꝛeiudiciũ plebanis: ſꝫ bñficium: dũ ꝓ eis laboꝛam⁹: ⁊ ad obedientiã debitã eoꝝ ſubditos exhoꝛtamur. Nam ſi pleban⁹ poteſt alteri vicẽ ſuam cõmittere: multo foꝛtius poteſt hoc papa ⁊ epi: q plenioꝛem hñt in oẽs ſibi cõmiſſos ſine differẽtia poteſtatem. Et ſicut ex charitate: nõ ex neceſſitate: impẽdim⁹ fidelib⁹ ſpũalia ſubſidia: docẽdo: ⁊ orãdo: ⁊ a pctis in ꝯfeſſiõe abſoluẽdo: ita ipſi nõ ex debito coactiõis ſꝫ ex libertate charitatis miniſtrãt nobis coꝛpoꝛalis neceſſitatis ſubſidium: cum dñs oꝛdinauerit ijs q euangelium nunciant: de euangelio viuere. ⁊c.

Quare ffres ꝑdicãt ⁊ cõfeſſiones audiunt.

¶ Queſtio. iij.

## Item q̃ro. Cum religioſi debeant ſim-

pliciter ambulare: ⁊ oĩno ꝟtutib⁹ abũdare: ⁊ ad hoc opam dare: cur rurſum ſtudio lr̃aꝝ (q̃ olim ſancti pr̃es poſtpoſuiſſe laudant̃: vt bñs ⁊ alij) ſe mõ dãt: ⁊ in ſecreta ꝯuerſatiõe ſtudẽtes? Rñdeo: qꝺ cum (ſicut dictũ eſt) ꝑdicationis offm̃ ex regulari ꝓfeſſiõe oꝛdini annexũ ſit: ⁊ etiã ꝯfeſſiõis: q̃ noticiã reqrũt ſacre ſcripture: q̃ ſubtili idiget i pleriſqꝫ locis expoſitiõe: ne ex imperitia errores ꝓ veritate doceam⁹: neceſſe eſt nob ſacre ſcripture hr̃e ſtudiũ: ⁊ magros. Hec em̃ ſcientia nõ ſolũ vtilis eſt ad alioꝝ eruditionẽ: ſed etiam ad ꝓpꝛiam

Propter qꝺ ffr̃s itendũt ſtudio lr̃aꝝ.

inſtructionẽ: vt ſeruus dei ſciat ſeipm̃ bene regere: ỽtutes a vitijs diſcernere: ⁊ noticiã dei ⁊ futuroꝝ p̃mioꝝ clarius ĩtelligere: ⁊ in oĩbꝰ cautius ⁊ fructuoſius ꝯuerſari. Nam ⁊ aplũs hortat̃ timotheũ ad lcõnis ſtudiũ: ⁊ ſctoꝝ nobis diligẽtia in ſctãꝝ ruminatione ſcripturaꝝ freq̃nter cõmendat̃. Ueritas eñ fidei: ⁊ vite ſanctitas: non aliunde q̃ꝫ ex ſcripturaꝝ fonte haurit̃: ſine qbꝰ impoſſibile eſt queq̃ꝫ ſaluari. Hereticoꝝ etiaꝫ verſutijs q in ſcripturis ſanctis occaſionem erroꝛis p falſas interp̃tationes aſſumũt: opꝫ ꝑ ipſaꝝ diligentem inueſtigationem diligentius obuiare: ⁊ fideles contra eoꝛuꝫ fraudes ⁊ latentes decipulas p̃munire. Unde Hieronymꝰ. Scta ruſticitas ſolũ ſibi ꝓdeſt: ⁊ q̃ñtũ ex vite merito eccliam xp̃i edificat: tm̃ nocet ſi deſtruẽtibꝰ nõ reſiſtat. Ad Titũ. j. Potẽs ſit exhoꝛtari ĩ doctrina ſana: ⁊ eos q ꝯtradicunt arguere. ⁊c.

¶ Queſtio. iiij.

**Item cũ ſufficiat ad religiõis ꝑfectionem** nil hr̃e ꝓpꝛiũ in ſpeciali ⁊ hr̃e poſſeſſiões ꝓ neceſſitate in cõi ſicut oẽs religiõis antiquoꝝ patrũ bñdicti. Auguſtini ⁊ alioꝝ: videret̃ in conſultum ⁊ aliquo modo tentare deũ: ꝙ tantꝰ oꝛdo exponat ſe mẽdicitati quotidiane velut celitꝰ expectet victũ ſuũ: cũ poſſet aliter hr̃e? Rñdeo. Perfectio diuerſos gradus hꝫ: ⁊ aliꝰ alio ſublimioꝛ eſt: nec ꝑfectiõi alioꝝ oꝛdinum p̃iudicat qn altioꝛ poſſit inueniri. Tentare aũt deũ non eſt xp̃i ꝓmiſſionibꝰ credere: ⁊ eiꝰ conſilijs obedire: ⁊ eiꝰ veſtigia imitari q dicit Math. xix. Amẽ dico vob̃ ꝙ vos q reliqſtis oĩa ⁊ ſecuti eſtis me. ſede. ſup ſedes ⁊c. Dñs aũt iſtã paupertatem docuit ⁊ tenuit: vt nil poſſeſſiõis in terra haberꝫ. Uñ Mat. viij. dicit. Uulpes foueas hñt ⁊c. ¶ Multis aũt de cauſis oꝛdo nil ꝓpꝛium poſſidet in hoc mũdo. ¶ Pꝛimo: vt veſtigia xp̃i ꝑfectius imitet̃. Mat. xix. Si vis ꝑfectꝰ eſſe vade ⁊c. ¶ Scdo: vt laq̃os auaricie facilꝰ declinemꝰ. j. Ti. vj. Qui volũt diuites fieri incidũt in. ⁊c. ¶ Tertio: vt culpas ſupfluitatis pleniꝰ expiemꝰ. Prouer. 6. Oẽm ſubſtãtiã domꝰ ſue ⁊c. ¶ Quarto: vt altioꝛis meriti gliam ꝯſequamur p varias ỽtutes paupꝑtatis. Mat. v. Bt̃i paupes. ¶ Quinto: vt liberioꝛes ſimꝰ mẽte ad ſpũalia ſtudia oꝛonis. ꝯtẽplatiõis. lcõnis. Mat. x. Nolite poſſidere auꝝ ⁊c. ¶ Sexto: vt p̃dicatiõis ſtudio expeditius intendamus. ¶ Septimo: vt ỽbum dei minꝰ trepide oĩbꝰ ꝓponamꝰ. ¶ Octauo: vt magis ꝯfidere oẽs in eũ ſperãtes doceamꝰ. ¶ Nono: vt occaſiõe petẽde eleemoſyne: ad alioꝝ edificationẽ: freq̃ntiꝰ exeamꝰ. ¶ Decimo: vt q nob̃ ſubueniũt in tp̃alibꝰ: fiducialiꝰ ſpũalia reqrãt. ¶ Undecimo: vt magis cauti ſimꝰ ab oĩ ſcãdalo: quo magis timemꝰ ĩ tp̃alibꝰ decipire. ¶ Duodecĩo: vt tãto hũilioꝛes ſimꝰ: q̃ñto magis ſubſidio alioꝝ indigemꝰ. Et qꝛ ſpũalia fidelibꝰ ſeminamꝰ: nõ tm̃ ex grã ab eis carnalia ſubſidia expectamꝰ. Luce. x. Dignus eſt opariꝰ mercede ſua. Hieronymꝰ. Reddituũ poſſeſſionẽ nob̃ ꝓuidere nõ opꝫ: ſed ad mẽſam dñi tanq̃ꝫ fideles coopatoꝛes occurramus.

Cauſe ex ꝓpꝛiatiõis oĩmode fratrũ minoꝛum.

¶ Queſtio. v.

**Item quero. Cum religioſi a tumultu** ſecularis freq̃ntie ſeſe ſeparare ſtuduerint: ⁊ in ſolitudinibꝰ habitare: qd eſt

Trib⁹ ex cauſis opꝫ frēs minores habitare inter hoīes.

ꝙ vos freq̄ntius in ciuitatibus ⁊ oppidis manere ſoletis: quaſi voluptuoſius ibi paſcēdi: ⁊ inq̄etius ⁊ indeuoti⁹ ibi viuatis? Rn̄deo. Tres ſunt cauſe p̄cipue ꝑ q̄bus inter hoīes morari ſolem⁹. ¶ Una: ꝑpter eoꝝ edificatiōeꝫ: vt ꝓmptius eis ad ſim⁹ q̄n req̄rūt a nob penitentiā. doctrinā: ⁊ ſalutis cōſiliū: ⁊ videāt a nob bone ꝯuerſatiōis exēplū. Si eñ remoti eſſem⁹ ab eis: nec ipſi poſſent ad nos q̄n indigerēt cōmode accedere: ⁊ difficile eēt nos totiens vocari: ⁊ maior eēt nob inq̄etudo ꝯtinue currere ⁊ recurrere: q̄ȝ īter eos manere: ⁊ priuſq̄ȝ veniremꝰ: affect⁹ ⁊ ꝯpunctio req̄rētiū penitētiā ſepe tepuiſſet. ¶ Scḋa cauſa ē: ꝑpter idigētiā victualiū: q2 in locis deſertis nō inuenirem⁹ quotiēs ſupueniētib⁹ vel reſidētibus: vel iſirmis idigeremus: q nobis neceſſaria vite miniſtrarēt: cū ꝑ nos nō habeam⁹. Extranei etiā q ꝓ ꝯſilio ſupuenirēt: cū ſtatim nō poſſent expediri ⁊ recedere: cogerent nobiſcū freq̄nti⁹ hoſpitari: qḋ multis ex cauſis nullaten⁹ expediret: ꝑpter inq̄etudineꝫ: ſuſpicionē: ⁊ paupꝫtatē. ¶ Tertia cauſa eſt: ꝑpter tuitionē: q2 ſi extra hoīes morarem̄ur: nec libros: nec calices: nec veſtes: nec alia neceſſaria tute ſuare poſſem⁹ a latronib⁹ vel p̄donib⁹: vel ſuiētib⁹ potētiū. Nam pſone etiā ſepi⁹ eēnt i piculo: ſi q̄n in p̄dicatiōe forſitā aliquos offenderem⁹: vl' filiū: vel frēm alicui⁹ de quo dolerēt in ordine recipem⁹. q etiā amicū frm̄ vellet maliciose offendere: vel moleſte ferret nos i terra morari: domos n̄ras icēderet: ⁊ nūq̄ȝ poſſemus ibi pacifice ꝯmorari. Qui aūt hn̄t poſſeſſiōes ⁊ p̄dia: ſibimet ſufficiūt: pn̄t extra ciuitatē morari. Sil'r ⁊ ſolitarij q paucis indigent: pauca ab alijs req̄rere neceſſe hn̄t. Sūt ⁊ alie cauſe: q̄s mō p̄tereo ꝑpt q̄s ꝯuenit int hoīes poti⁹ q̄ȝ in deſto iuxta ꝯditiōes n̄ri ordis hitare. Sꝫ ad pſens iſte ſufficiāt.

Queſtio. vj.

# Item quero. Cū ſcti p̄res laudētur in

Qualiter liceat frib⁹ minoribus hr̄e domos amplas: altas: ⁊ fortes.

caſellis: ⁊ i vilib⁹ habitaclis habitaſſe: qd eſt ꝙ vos altas ⁊ magnas domos erigitis: ⁊ oratoria ſumptuoſa: ⁊ areas latas magno p̄cio cōparatis: cū ſitis paupes ⁊ mēdici: ⁊ ꝯtemptores mūdanoꝝ eſſe debeatis? Rn̄deo: ſicut iaꝫ ſupradictū eſt: cū inter hoīes manere nos oporteat: aut ergo extra muros ciuitatis: aut intra. Si extra ciuitates maneremus vbi poſſeremus latiores areas leuiori p̄cio cōparare: vcꝫ in cāpis vel hortis: quādocūq ȝ bellū timeret vel guerra: ciues loci formidarēt ne forte hoſtes domos n̄ras occuparēt: ⁊ de illis niterent ciuitatē vel oppidū expugnare: ⁊ nō auderēt etiā alias q̄n ſibi timerent ad loca frm̄ ꝓ ꝯfeſſiōe: vel miſſa: ſeu p̄dicatiōe ſecuri venire: ⁊ ideo nō diligūt vt in talibus locis cōmoremur. Qḋ ſi intra muros habitamus vbi ꝑpter freq̄ntiā ppli aree cariores ſunt: opꝫ ⁊ nos areas carius emere q̄ntum ſufficiāt ꝓ clauſtro. oratorio: ⁊ officinis ꝯgruis ꝓ ꝯuentu. hoſpitibus: ⁊ infirmis: ⁊ horto herbaꝝ: tam ꝓ pulmētario: q̄ȝ ꝓ aeris recreatiōe: ⁊ vt infirmi refocillentur: ⁊ ſani ꝯſeruent: ⁊ laſſi in ſpūalib⁹ ſtudijs recreent. Seculares eñ q freq̄nter vagant: domi nō indigēt recreationē aeris: religioſi vo q in cellarū recluſorijs religant: niſi aliquā interius habeāt aeris recreationē: cito langueſcētes tabeſcūt: ⁊ ad ſtudia ſpūalia inhabiles efficiunt: ita ꝙ nec ſibi nec alijs pficiūt in deuotiōis interne profectu. in ſapientie intellectu. in

virtutũ exemplis ⁊ in doctrina ſalutis. Et ꝙuis ꝑfectus oĩs locus aptus ſit
ꝓ diſcipline interne exercitijs: imꝑfectis tñ ⁊ adhuc indigẽtibus eruditone
vͣtutis: opus eſt etiam exteriori diſtinctione officinarũ clauſtralium: vt ſciãt
vbi tacere debeãt: vbi loq̄ liceat. vbi orare. vbi laborare. vbi legere: ſcribere:
vel comedere: vbi ſit reges iſirmantium: vbi repauſatio de labore itineris
venientium: ⁊ aliorum que ĩ collegijs ſunt neceſſaria: ne ſi confuſe indifferẽ
ter ſingula fierent ꝓ libitu: iam nec diſciplina: nec qͣs: nec deuotio: nec ordo
inter frẽs ſicut expedit ſeruaret̃: quod eſſet ĩ magnum detrimentum religio
nis: ⁊ ĩ ſcandalum alienis: ⁊ in deſtructionem ſalutis: qꝛ nec minores diſce-
rent a que ꝓficerent: nec perfecti alios edificarent. ¶ Qꝛ vero ĩtra ambitum
ciuitatis (vt dictum eſt) cariores ſunt arce: ꝙ non poſſemus facile ſufficiẽtiaꝫ
congrue latitudinis habere vt omnes officine deorſum collocarẽtur iuxta
ſe inuicem: opꝫ aliqñ vt vna ſup alteram locet̃: ita ꝙ vtraqꝫ aeris reſpiracu-
lo nõ careat. Ex hoc domus nr̃e magne apparent ⁊ excelſe: ac ſumptuoſe: ⁊
pauꝑtati diſſimiles: cum tamẽ hoc pauꝑtas magis efficiat: qꝛ ne circa dila-
temur: inferius anguſtamur. ¶ Et qꝛ circũſeptimus domibus alioꝝ vicino-
rum: ⁊ qꝛ in ciuitate ſepe inſurgunt incendia late peruagantia: ne vel dom⁹:
vel eccl̃ie: vel libri: vel alia neceſſaria frequenti diſcrimini ſint expoſita: ⁊ in
continuo tremore infirmantium corda ſint inde ſuſpenſa: ⁊ ne ipſi vicini
noſtri a nob per incendia moleſtent̃: vbi poſſumus facimus domos lapide-
as: vt nec igne: nec vetuſtate citius deſtruant̃: qꝛ non ſolum corporibus: ſed
etiam cordibus: magna eſt deſtructio noua ſepius edificia conſtruere: maxi
me illis q̄ non habent ſumptus niſi quantum valent colligere mendicitate.
¶ Non tñ intẽdo in his excuſare niſi que valde neceſſaria ſunt ⁊ rõnabilia.
Ubi autem ſuꝑfluitas. curioſitas: ⁊ irreligioſitas: ⁊ regule ⁊ paupertati no-
ſtre derogantes eſſent ſtructure: repħendo tecum: ⁊ oĩa alia que deo diſplicẽt
tam in moribus ꝙ̃ in rebus. Quincuplicis eñ peccati rei ſunt q̄ ſuperflua De qn̄cupli-
in edificijs ⁊ alijs q̄bus vtimur procurant ⁊ acq̄runt. ¶ Primo: ꝓpter trãſ- ci pc̄ti in ex-
greſſionem ꝓfeſſionis: qꝛ pompis renũciãtes ſcꝫ: in paupertate ⁊ humilitate ceſſu edifici-
vera ꝓmiſerunt dño famulari. Unde Gal'. vj. Si ea que deſtruxi ⁊c. ¶ Scđo orum.
ꝓpter malum exemplum quo alij diſcũt ab eis ſilia facere: vel ſcandalizant̃
qñ vident eos que hmõi pro xp̄o ſpernere deberẽt: querere vel ſectari. ¶ Ter
tio: ꝓpter ingetudinem frm̃ ꝓpter hmõi edificia ⁊ ꝓcuratiões: qꝛ ⁊ deuotio
extinguit̃: ⁊ diſciplina religiõis plurimum diſſipatur. Yſa. xlix. Uenerunt
ſtructores tui deſtruẽtes te: ⁊ diſſipãtes a te exibunt. ¶ Quarto: ꝓpter ſpolia-
tionez alioꝝ pauperũ: q̄bus ſepe eleemoſyne ꝑcipiunt̃: ⁊ hmõi ſtructure fiũt
ex q̄bus illi deberẽt veſtiri ⁊ paſci: dum qđ iſtis dat̃: eis negat̃: qꝛ ad dãdum
vtriſqꝫ ſepe deficit dãtium largitas ⁊ facultas. ¶ Quinto: qꝛ qñ nimis vrge
mus hoĩes ad dãdum: ꝑdunt deuotionẽ ad nos prius habitã: ꝙ nec de p̄di
catione: nec exemplis: nec alijs que facimus edificant̃. Unde cum vident
nos accedere: terrent̃ ⁊ timent ꝙ aliq̄d velimus ab eis expetere: qđ graue ſit
eis dare: ⁊ erubeſcũt negare: ⁊ ſi dederint nõ libẽter: min⁹ merẽter: ⁊ ſic de re
bus: ⁊ deuotionis merito priuantur. ⁊c.

¶ Queſtio. vij.

Utrū f̄ribus minorib⁹ liceat ꝓuidere in craſtinū.

**Item quero. Cum dñs in euãgelio di**
cat. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinū: ⁊ vos ſitis pauptatis euãgelice ꝓfeſſores:
nō debetis plura colligere vl' ſuare q̄ȝ qđ poſſit quotidie ad vni⁹ diei victū
ſufficere. Sȝ videt̄ ꝙ nō ſeruetis. Rñdeo. Si diligẽter euãgelij dicta penſa-
mus: ſolicitudinē de craſtino: ſȝ nō ꝓuiſionē ꝓhibere videt̄. Unde ſcti apli:
euãgelij xp̄i ꝑfectiſſimi obſeruatores: tam ꝓ ſe q̄ȝ ꝓ alijs xp̄i paupib⁹: q oia
ꝓ xp̄o reliq̄runt: a fidelibus ſubſidiū ꝓ corpoꝝ neceſſitate etiã in futuꝝ pe-
tebãt ⁊ recipiebãt. Sicut Paulus rogatus a Petro. Joãne: ⁊ Jacobo: colle-
ctas fieri ꝑ eccłias ꝓ xp̄i paupibus ſuſtẽtandis mãdauit Ad gal'. vj. ⁊ Scđa
Chorin. viij. Et alijs locis pluribus repit̄ id feciſſe. q etiaȝ ꝓ acq̄rendis ne-
ceſſarijs ſibi ⁊ ſocijs ſuis: laborauit manibus. Solicitudo enim notat cure

Quid ſit ſolicitudo tpaliū.

anxietatē illicitã cõgitionē. auarã ſupfluoꝝ ꝓuiſionē. Sicut eñ in operatio
ne ſalutis nr̄e p̄ncipal'r ſpem in deū iactere debemus: ita ⁊ i corpali ſubſidio
ſolicitudinē debemus ei cõmittere: ⁊ tñ vbi ɔgrue poſſumus: ſine iactura
ſpūalis ꝓfectus nr̄i: ⁊ alioꝝ: nob' neceſſaria ꝓuidere: ne aliter quaſi deū ten-
tare videamur: vt miraculoſe: ſicut oliȝ filijs iſrael: nob' quotidiẽ alimoniã
ſubminiſtret. Licȝ eñ prioꝝ frm̃ puritas: maioris ꝑfectionis ardor: paucio
ra q̄ȝ nūc ɔſueuerint ad victū colligere neceſſaria: ⁊ pplus ꝓpter hoc talem
opinionē ɔcepit: ꝙ nil nob' lȝ reſeruare in craſtinū: tñ nec tūc: nec nūc aliquo
mō nob' ꝓhibitū eſt ſtatuto: qn poſſimus ad victū aliqua etiã neceſſaria in
futurū ꝓ aliquo tp̄e prouidere: maxime de ijs q̄ in promptu cū indigerem⁹
nō poſſemus acq̄rere mẽdicãdo. Sūt eñ q̄ niſi colligam⁹ certo tp̄e qñ eſt co
pia: qñ inter manus cõiter habent̄ a pplo: poſtmodū nec ꝓ infirmis: nec ꝓ
hoſpitibus: nec ꝓ alijs ſine magna difficultate: vel magno precio poterunt
haberi. Mendici eñ maxime illo tp̄e ſolent neceſſaria petere: quo ſciunt ea
promptius a dãtibus inter manus hr̄i: vt circa horam comedendi. Sic ⁊
dñs pplo certo tp̄e p̄cepit mãne alimoniã colligere: q2 nō oñi tp̄e in agro ēẽt
ſi q̄rerēt inuenirēt. Exodi. xvj. ps. cxliiij. Tu das eſcã illis i tp̄e opoꝛtūo. In
hoc eñ nō tam nob': q̄ȝ illis a qb⁹ petit̄ ꝓuidemus: qñ tali tp̄e petimus: quo
ipſi facili⁹ dare pñt: ⁊ magis ſunt volūtarij ad eleemoſynã largiẽdam.

¶ Queſtio. viij.

**Item quero. Quid eſt ꝙ modo plura**
petitis q̄ȝ olim: vt cū tūc vix in vna vel paucis villis ⁊ pauca poſtulaueritis:
modo late ꝑ terrã: ⁊ oppida: ⁊ caſtra ꝑuagãdo plurima ɔgregatis? Uidetur
eñ auaritia inter vos creuiſſe: ⁊ cura vētris hãc vob' ꝓuidẽtiam ꝑſuaſiſſe.
Uidet̄ etiam ꝙ ſpūs extinctio vos in cella qeſcere nō ꝑmittit. ¶ Rñdeo.
Uitioſos in hoc ⁊ in alijs excuſare nō audeo: vt dixi: ſed rōnem ꝓ illis qui
rōne ducunt̄ ⁊ pia intentiōe oia faciūt: oñdere beniuolis nūc intẽdo: q2 ma
liuoli: q magis facta nr̄a calūniari deſiderãt q̄ȝ agnoſcere ỽitatē: magis do-
lent ſi oſtenſa rōne eis materia ſubtrahit̄ detrahẽdi. Q2 inimic⁹ vult poti⁹
cauſas malignãdi ɔtra eū quē odit ſibi adeſſe: q̄ȝ abeſſe: vt nō ex inuidia: ſȝ
ex iuſticia eū ꝑſeq videat̄. ¶ Qđ aūt nūc potius q̄ȝ olim videmur mẽdicã-

Cauſe excu-

do plura colligere:inter alias principales cauſas quas potes aduertere veras eſſe:vna eſt:q cũ olim pauci frẽs fuiſſent in ordine:nunc multo plures ſunt vbiqʒ:ꝛ plures plurib⁹ indigẽt:quãto numer⁹ numerũ excedit:ꝛ oib⁹ q̃ neceſſitas reqrit eſt magis opus. Nam dñs infans nat⁹: modico diuerſorio ꝛ pſepio ꝯtentus fuit:ſed aggregata diſcipuloꝝ turba:ad celebrationẽ paſchalis cõuiuij:q̃ſiuit ſibi ꝑparari cenaculũ grãde ſtratũ. ¶ Scḋa cauſa eſt:q interplures ſunt etiã debiles ꝛ infirmi:maxime q olim ſtrenue religiõis: ꝛ ardue pauptatis põdus ꝑ annos plurimos portãtes:nũc ex humane mortalitatis defectib⁹ laxati:cogẽte ipſa charitate:nõ debẽt ipſi vt ifirma pecora relinq:ſed pie q̃diu poterint fulcimentis corpaliuʒ neceſſitatũ:ꝓ mia:ꝛ alioꝝ edificatiõe:ꝛ ꝓ iunioꝝ inſtructiõe ſuſtẽtari:ꝛ ꝑpter tales opʒ ꝛ expedit plura peti. ¶ Tertia cauſa:q꞉ plures mõ mẽdicãtes ſunt in ecclia de diuerſis ordinib⁹:ꝛ qḋ nob ſolũ dabaꝛ integrũ:nũc minutatim diuidiꝛ inter plures: vñ cogimur nũc lati⁹ tãto vagari:quo min⁹ in locis ſinglis daꝛ nobis. Q ḋ eñ aliqñ offerebaꝛ nob nõ q̃rentib⁹:nũc vix ꝑ diuerſa minutatiʒ colligim⁹ cũ robore. Et opʒ nos petere:q꞉ nõ petentib⁹ parũ daꝛ:dũ ex multitudine petentiũ hoies ſunt laſſati. Qui aũt ꝑ ſe nihil hñt:neceſſe ẽ eos oia qb⁹ indigẽt ab alijs poſtulare:vel carere:niſi velint illicite acqrere:vel quocũqʒ mõ apḋ alios deſeruire:vel niſi gratis eis doneꝛ. ¶ Quarta cauſa:nõ tñ oĩno cõmendabilis:ſed ꝓ aliqua parte excuſabilis accedit:q꞉ q non eſt patiẽs penurie in his qbus indiget:plura eum conqrere oportet. ꝛc.

¶ Queſtio.ix.

# Item q̃ro. Que põt eſſe hui⁹ impatientie

cauſa niſi voluptuoſitas:q nil vult ſibi deeſſe illoꝝ q̃ appetit:q̃ om̃is religioſitatis eſt exterminium? Rñdeo. Hoc ꝛ ſi in qbuſdã habeat locũ: nõ tñ eſt potior cauſa:ſʒ alie q̃dam. ¶ Una:q꞉ vt dictũ eſt:plures habem⁹ debiles ꝛ infirmos q̃ olim:cũ oẽs fere erãt noui in ordine:q cũ laſſati iam ꝛ exhauſti ſint virib⁹:opʒ vt reficianꝛ:nec penit⁹ deficiãt:qḋ eẽt ꝯtra mie. charitatis:ꝛ diſcertiõis ṽtutẽ:cũ tales maxime ꝯſilio ſuo:ꝛ zelo:ꝛ pietatis exẽplo ſuſtẽtẽt ordinẽ in ſuo vigore:ne ſubito corruat a pſtina puritate. Licet ṽtute corpali iam nõ ſicut olim eminẽter extimenꝛ lucere ꝑpter corpis deſtructionẽ. Aut opʒ q ꝯtra miam deficere ſubito pmittanꝛ:ꝛ tunc ex hoc magis fouebiꝛ in ordine carnalitas:q꞉ glibet iuuenis ꝛ ſan⁹ inſtruct⁹ carnis prudẽtia: cogitabat apḋ ſe dicẽs. Si tales viri ꝓ edificatiõe ordinis corpa ſua tradiderũt oibus labori⁹:mõ debilitati ſic pmittunꝛ abſqʒ mia perire:volo mihi cauere ꝛ parcere corpi:ꝛ illḋ fouẽdo cuſtodire:ne mihi ſilr cõtingat. Et ſic aliqs audebit de cetero vix feruẽter in dei ſuitio ſe exercere. Si aũt debẽt debiles miſicorditer refoueri:expedit vt etiã alij q vnũ corp⁹ ſocietatis cũ eis ſunt: ꝛ eis ſeruiũt:ꝛ labores ordinis ꝓ eis in domo. in diuino officio. in frigore:ꝛ petendis eleemoſynis:ꝛ alijs obſequijs patiunꝛ:aliquo mõ mitius ꝑtractẽtur:ꝛ meli⁹ reficianꝛ:vt min⁹ de illis ſcandalizenꝛ:ꝛ min⁹ murmurẽt cõtra eos:quaſi ipſi ſoli ꝯſumãt oia q̃ offerunꝛ:vt patiẽtius ꝓ eis laborent:ꝛ hilarius miniſtrẽt:ꝛ vt ipſi debiles minus erubeſcãt:ꝛ ꝯfidẽtius audeãt neceſſi-

ſantes Frẽs ab exceſſu apparente i mẽdicationem.

Propter mſ ta excuſaꝛ i. patientia penurie.

tates ſuas accipe:cum videant alios etiam ſecum eſſe participes in cõſolatione. Sani ergo ⁊ fortes nõ debent ꝓpter ſe iſta appetere:nec ſue induſtrie aſcribere:qſi petentibꝰ eis eleemoſynam iſta offerunt:ſed cogitare debent(ſicut ⁊ veritas eſt)ꝙ deꝰ ea ꝓpter debiles miniſtrat:⁊ in tanta copia:ꝙ exinde etiã ſani ꝯſolent. Propter p̄miſſas rõnes vult etiam deꝰ veritatẽ ſue ꝓmiſſiõis:⁊ euidentiam ſue liberalitatis oſtendere:dum nob̄ q nullos certos redditus ꝑ ipſo hr̃e decreuimꝰ:⁊ totã ſolicitudinem in cũ iactauimꝰ:indulgentius neceſſaria miniſtrat q̃ꝫ alijs qbuſdaꝫ:q lata p̄dia hñt:⁊ loculos plenos:ad hoc vt ei ſecurius ꝯfidamus:⁊ fideliꝰ ſeruiamꝰ. ¶ Alia cauſa eſt:qꝛ eoꝝ q nuper de ſeculo venerũt:qdam delicate ſunt nutriti ⁊ cum in ordine ſubito cõtra ſolitum cogunt̃ aliter viuere in labore:⁊ victu:⁊ coertiõe magiſterij:trita caro tenera lãgueſcit:⁊ niſi clemẽter foueant̃ donec paulatim aſſueſcãt ordinis pati rigorem:aut ſemꝑ tabeſcẽdo lãgueſcent:aut ex rigoris horrore:ad vomitum reuertent̃:⁊ ideo expedit vt ſupra. ¶ Tertia cauſa eſt ſpũalis ſtudij:nam aſſiduum lucrum in ſtudio ſacre ſcripture. in deuotionis deſiderio. in tentatiõis certamine. in interne ſolicitudinis vigore:ita ꝯſumit ⁊ deſiccat vires corpis:vt niſi exterius quãdoqꝫ aliquatenꝰ refocillent̃:non valeant diu ſubſiſtere. ¶ Quot aũt aliqñ lautiores cibos ⁊ potꝰ hr̃e videmur:hoc eſt ꝓprie mendicoꝝ:q dum nõ reſeruãt in poſterũ:vt cumulos congregent:vt p̄dia lata comparent:ſtatim comedunt ⁊ bibunt ea que dñs adminiſtrat. Et qꝛ ꝑ honeſtate ⁊ deuotione ſua pleriqꝫ dant nob̄ non de vilioribus:ſed de melioribus q̃ dñs dedit eis:etiam nos cũ interim non habeamꝰ alia qbus vtamur:ne videamur ingrati ⁊ auari:comedimus ⁊ bibimꝰ que offerunt̃ nob̄ indifferenter:tam illa q̃ꝫ alia:iuxta illud regule. De oibus cibis q apponunt̃ eis:liceat mãducare. Mendicus enĩ ſi recuſat ea q̃ offeruntur:cum nõ habeat vnde alia emat:remanebit inanis. ¶ Qꝛ vero diuerſi diuerſa:⁊ aliquando quaſi aduerſa mirantur de nobis:vt cum illi reprehendant in nobis carnalitatem:alij vero duriciam:qlibꝫ pro viſu ſuo ⁊ affectu:oportet nos ſingulis de ſuis queſtionibus reſpondere:⁊ rõnem reddere:licꝫ ſequentia precedentibus continuato ipſis ordine ad hoc non cohereant:ſed modo de hac modo de alia tractemus.⁊c.

### Queſtio.x.

**Item quero. Cuꝫ omnibus debeatis** cupere vt ſaluent̃ vobiſcũ:quare indifferẽter nõ oẽs recipitis q deſiderant:cum nõ arctet vos p̄dioꝝ paucitas ſed apta ſit oibus via mendicãdi? Reſpondeo. Oẽs qdem cupimus ſaluari:⁊ nulli ꝓhibere poſſumus licentiam mẽdicitatis:ſed oẽs paſſim recipe nõ expedit nob̄:nec eccle dei. Nob̄ non:qꝛ varie ſunt ꝯditiones hoim qualitates:⁊ mores. Multos enĩ ſepe reciperemus imbecilles:q̃ non poſſent rigorẽ ordinis ſuſtinere:multos pauperes q non ꝑ deo ſed ꝑ ſuſtentatiõe vite viuere deſiderarẽt nobiſcũ:multos incõpoſitos moribꝰ:quos vix corrigere ab inolita ꝯſuetudine poſſemꝰ:⁊ ꝑ tales diſſolueret̃ ordinis diſciplina ⁊ impediret̃ ꝓfectus alioꝝ:⁊ nõ ſufficerẽt eos alij paſcere:nec eis ſeruire:nec inuenirent̃ tandẽ q poſſent eis p̄eſſe:⁊ omnes

Quare non expedit receptio indifferens frm̃ ad ordinem.

ſimul in corpe ⁊ ſpū quaſi ꝯfuſa multitudo perirēt:q̄ nec regi valet:nec con grue ſuſtentari.¶Ecclie ſilr nō expedit:qꝛ cū ſit ordo ad edificationē ecclie ꝯſtitutus:⁊ multitudo receptoꝝ magis ꝯfuſionē induceret:nec de ꝯuerſiōe multoꝝ exemplū edificatiōis accipet ſed ſcādalū:vbi religioſitatis:excepto ſolo habitu:nihil inueniret.Minus eñ malū eſt nō eſſe religioſos vel noīe vel habitu:vbi nō viuūt ſicut religiōis eoꝝ forma reqrit:q̄ꝫ vt ſint ⁊ ꝑ vitā eoꝝ puerſam alios ſcādalizēt.Sicut meliꝰ eſt lucernam nō eſſe in domo:q̄ꝫ eſſe ibi tm̄ fetidā ⁊ nō lucentē. Nimis etiā foret oneroſum fidelibꝰ tot men dicos vnius ordinis paſcere:a qbus nullum vel modicum habuerint edifi cationis ꝑſidium.Sed tot ⁊ tales ſolū recipi expedit:q ſine onere ecclie paſci poſſint:⁊ q valeant ecclie in ſpūalibus rn̄dere ijs que ab ea in carnalibus re cipiunt pro corporum ſuſtentatione.⁊c.

Queſtio.xj.

## Item quero. Cur nō laboratis mani-

bus ꝑ victu:vt nō ſitis ecclie oneroſi in eleemoſynis petēdis? Rn̄deo.Si de puro labore manuū deberemꝰ viuere:tm̄ vrgeret nos opis inſtātia:q̄ alioꝝ lucris intēdere nō poſſemꝰ:nec diuina officia libere celebrare:nec orōni libe re vacare. Cū eñ ad ꝯfeſſionē vel ꝑdicationē frater vocaret:rn̄dere cogere tur.Opus meū quo victui meo hodie deſeruire debeo:nōdum expleui:⁊ ille cui laboro priuſq̄ꝫ deſeruiā:nō dabit mihi mercedē debitā:ideo nō poſſum venire.Alias aūt oēs ꝑter infirmi laborāt:alij in ſtudio vt fideles erudiant. alij in diuino officio ⁊ laudibꝰ dei.alij in colligendis eleemoſynis ꝑ ſuſten tatione cōi.alij in officijs domeſticis infirmis ⁊ ſanis ex iniuncta obediētia miniſtrantes:qdam q ſciūt artes aliquas mechanicas pro fratribus ⁊ extra neis exercentes:ſicut mutuo cooperantur inter ſe formice ⁊ apes. qdam per obedientiam miſſi diuerſas terras ꝑambulāt:cū nūcios alios idoneos non habeamus:⁊ ſic nullus impune ꝑmittitur ocioſus.

Qđ nō opꝫ frēs laborare vt ſeculares.

¶Queſtio.xij.

## Item quero. Si de quolibet ordine et

religiōe poſſit qs trāſire ad rl'aꝫ ⁊ ordinē ſcti Frāciſci ſeu frm̄ minoꝝ? Ad hoc:ſine ꝑiudicio melioris ſentētie:rn̄deo q̄ ſic:vbi ſine ſcādalo alioruꝫ pōt fieri.Propter qđ maxime ꝓhibet nob de qbuſdā religioſis nō recipiendis: cū ſcādalū tale maiꝰ malū q̄ꝫ alioꝝ receptio ſit bonū.Cū eñ tria ſint ꝑncipa lia ois religiōis.ſ.obediētia caſtitas ⁊ pauptas:in rl'a iſta ſint q̄ſi altiora ⁊ ſtri ctiora q̄ꝫ in alijs ordinibꝰ ⁊ religiōibꝰ:ſicut ptꝫ in rl'a iſta:ꝯſtat q̄ ſm hoc re ligio iſta altior ſit ⁊ ſtrictior alijs ordinibꝰ:⁊ ideo de qualibꝫ religiōe pſt ſe cure ad iſtā intrare:dūmodo nō ex leuitate ſꝫ ex ſpū dei ducti. Naꝫ ⁊ ſi aliq̄ ſit qbuſdā corpalibꝰ exercitatiōibꝰ ſtrictior:vt in abſtinētia carniū:⁊ ſiletio: ⁊ officio eccliaſtica ⁊ ſilibꝰ:q̄ tm̄ ex ſublimioꝝ obediētie pauptatis ⁊ caſtitatis ꝟtute facile rcōpenſant:ſicut modicū pōdus auri in ꝑcio ꝑualet magno pō deri argēti vl'alteriꝰ metalli.j.Timo.iiij.Corpalis excitatio ad modicum vtilis eſt.⁊c.

De eminentia ordis mi noꝝ ſup alios ordinis.

¶Queſtio.xiij.

**Item quero. Si de iſta religiõe poſſit** aliqs ire ad aliam poſt factam in ea ꝓfeſſionem? Rñdeo. Saluo meliori iudicio non: niſi per diſpenſationem ſedis aplice: cum hoc expreſſe ĩ ipſa regła prohibeatur. ibi. Nullo modo licebit eis. ⁊c. Nam cum non ĩueniat altior regula vel ſtrictior ſeu equalis: patet ꝙ non licet cuiq̃ per ſeipſum ad ĩferiorem ordinem tranſire. Luce. 14. Omnes q vident ĩcipient illudere ei dicentes: q2 hic homo cepit edificare: ⁊ non potuit conſumare ⁊c.

¶ Queſtio. xiiij.

Qđ ordo tenet recipere eiectum vel egreſſum redeuntem.

chiſma vel ſciſura in oꝛdine. Et ideo reuocatu3 fuit in ꝯcilio Baſilienſi in
q̄tum fuit ꝯtra ꝯcilium Conſtātiēſe: vt habet in Monumētis oꝛdinis in
ſummario pōtificali: ſub Martino. v. Dico ēt: qō poſito qō talis ꝯſtitutio
ſit valida: eēt diſpēſatio regule: put ē diſpēſatio frm̄ ꝯuentualiū: a qua fuge
re debēt q volūt regulā obſuare. ¶ Et en3 d̄r qō ſyndicus eſt nomine pape:
Rn̄det: qō reſpectu eoꝝ quoꝝ dn̄ium trāſit in papā: poſſet aliquo mō ſuſti

neri:ſʒ non reſpectu eoꝝ q̄ ſunt dn̄oꝝ dantium quouſqʒ ſint cōſumpta in vſum frm̄. ¶ Ceteꝝ cū p̄fatus Martinus p̄ceperit q̄d vnus tm̄ ſyndicus omnes eleemoſynas reciperet: ſi alicubi haberent plures ſyndici: iam non ſeruaret conſtitutio Martiniana. Et tandē ex quo ſic vel ſic recipit pecūia: eſt relaxatio merito reſpuenda.

¶ Dubium octauum.

Octauū dubiū: vtrū frēs ſubditi p̄latoꝝ non ſuātium declarationes aplicas: ⁊ modificationes in eis ꝯtētas excuſent a pctō? ¶ Rn̄det: q̄ ſi ſubditi non ſint cauſa q̄ talia fiāt: vl' omittāt: immo dolēt de hoc: ⁊ potius vellent ſuſtinere inopiā: ⁊ quācūqʒ penā ſeu defectū tp̄alium q̄ȝ q̄ hm̄oi fierēt: vel omitterent: excuſari vident: dū tm̄ denuncient ſuperiori vt remediū apponat. Si vo ſubditi fil'r faciūt aut facere omittūt: vel ſunt cauſa vt p̄lati ſic ſe habeāt: tūc in eadē ſunt dānatione. Qui em̄ cauſam damni dat: dānum dediſſe cenſet ſm iura. Et ſm apl'm non ſolū q talia agūt: ſʒ ⁊ q ꝯſentiunt digni ſunt morte. Niſi forte non dicat ꝯſentire malefaciēti q cauſam malefaciēdi p̄ſtat. Tunc aūt ſubditi darēt hm̄oi cauſam: qn̄ niſi ꝑpter ipſos p̄lati ſic minime facerēt. ſ. vt lautius vel habūdātius ꝓuideāt eis. Vn̄ nullus ſibi blādiat dicēs. Volo q̄ p̄latus ſeruet regulā ⁊ declaratiōes. Hoc em̄ modicū eſt. Quis nāqʒ regulā ſeruari nollet? Certe nemo. Vis q̄ p̄lat⁹ ſeruet regulā? Serua ⁊ tu. Sʒ ſi qn̄ tibi deeſt aliq̄d q̄ȝtūcūqʒ minimū: murmuras ⁊ dicis: non ſequar choꝝ. non dicā miſſaȝ ⁊c. q̄uo tu vis regulā ſuari? Si vis tu regulā ſeruari dū tn̄ nihil tibi deficiat: ita etiā vellet meretrix eē ſancta: dū tn̄ non ſentiret penā vel laborē. Et q̄libet fil'r vellet ſeruare p̄cepta dei: ſi abſqʒ labore facere poſſet. Quilibʒ etiā vellet eſſe ſctūs ſine pena. Qui ergo non vult penuriā pati: nec q̄ ſibi aliq̄d deſit: q̄uo eſt pauper. Et q̄uo nō frāgit regulā cum p̄lato infringēte: q non vult pati penā q̄ ſequit ex regule obſuatiōe? Igit: q vult eſſe ſecuri⁹ in ꝯſciētia: ſit parat⁹ penuriā pati ꝑpter regule obſuationē. Alias .n. in periculo ē dānatiōis eterne: p̄ſertiʒ ſi magis eligit ſatiſfacere ſibi q̄ȝ regulā obſuari. ¶ Itē nunq̄d ē caſt⁹ ſolū q̄ non cognoſcit feminā carnaliter? Nōne inq̄t xp̄s. Qui viderit mulierē ⁊c. Vel forte ſolū eſt inobediēs q non vult exequi p̄lati p̄ceptū: ⁊ non ēt q ꝓponit intra ſe non obedire? Ergo vota iſta violant interi⁹ ſicut exteri⁹. Quid ergo eſt eſſe pauperē? Eſt ne paupertas q̄d mathematicū: aut reale q̄d? Vbi ē paupertas ad quā dirigit votū paupertatis? Nunq̄d anhelare ad habundātiā? an hr̄e voluntatē promptā patiendi ac ſuſtinēdi penuriā? Si ꝯcupiſcēs mulierem mechat: ⁊ votū frāgit caſtitatis: ⁊ nollēs obedire facit ꝯtra votū obediētie: nonne volens habundātiā: odienſqʒ penuriā ⁊ paupertatē ꝓmiſſam frāgit regulā? Sequit ergo manifeſte: q̄ q̄cunqʒ eſt in tali ꝓpoſito firmo: q̄ non vult carere ſuperfluis: nec pati penuriā ꝑpter obſeruationeʒ: immo potius vult regulā non ſeruari q̄ȝ ip̄m aliquo carere: eſt in ſtatu damnationis: q: eſt in ꝯtinua trāſgreſſione voti paupertatis: ſicut ille q eſſet in volūtate mechādi. Et per ꝯn̄s ſequit: q̄ ſubditi grauiter peccāt qn̄ ſunt cauſa ne p̄lati ſuēt regulam ⁊ declarationes eius.

¶ Dubium nonum.

Clemēs papa. v.

Octauū dubiū: vtrū q̄libet q̄ſtus pecuniarius ſit fratribꝰ minoribꝰ illicitus? Ad hoc rn̄det Clemēs. v. in ſua declaratiōe dicēs. Quo circa q̄ſtus oīs pecunie: ac oblationū pecuniarū in eccl'ia: vel alibi: ſcipi ſeu trūci ordinati ad offerētiū pecunias reponēdas: nec nō ꝯcunqʒ alius recurſus q̄ ꝑ dictā declarationē. ſ. Nicolai. ʒ. nō ꝯcedit̄: hec inq̄ oīa: eis ſunt ſimpliciter interdicta. Et īfra. Attendāt frēs p̄fati: ꝙ ꝓ nullis cauſis alijs q̄ p̄dictis vel ſilibꝰ: in via: vel alibi recurrere lʒ ad amicos hmōi. Nota quod dixit: in via. Vn̄ ſeq̄t̄: ꝙ burſarij ſunt ꝓhibiti: cū nulla ſubſit legitima cauſa: ſʒ ſolū velle delitioſe ſeu habūdāter viuere: nullāqʒ penuriā pati: vt pauperes pati ſolēt: ſʒ habūdāter vt diuites. Que an ſit legitima: manifeſtuʒ eſt. Immo taliter incedētes: viā mīe alijs paupibꝰ fratribꝰ claudunt: q poſt eos vadūt: q2 ꝓpter illos nō inueniūt eleemoſynā. Credūt em̄ ſcl'ares ꝙ portāt pecunias ſicut ⁊ alij: ideoqʒ denegāt eleemoſynā dicēdo eis. Ematis cū pecunijs ſicut ⁊ alij frēs vr̄i fecerūt.

¶ De burſarijs nō ducēdis.

¶ Nec excuſant̄ in hoc ꝓuīciales ⁊ alij ſuperiores. Oēs nāqʒ viuere tenent̄ vt paupes: ⁊ nō hr̄e apparatū dn̄oꝝ: aut p̄latoꝝ eccl'iaſticoꝝ: ſeu alioꝝ ordinū: q ad tā ſtrictā pauptatē nō ſūt aſtricti. Nec deferre debēt poſt ſe comitatū copioſuʒ vl' ſupfluū frm̄: p̄ſertim eq̄tantium: ⁊ tūc inueniēt neceſſaria ſine pecunijs. Comitatꝰ em̄ ꝓuīcialis ⁊ gn̄alis debʒ eſſe pauptas. charitas. deuotio. zelꝰ: ⁊ xp̄s crucifixus: ſicqʒ non indigebūt magno apparatu. Si aūt dn̄oꝝ apparatū d̄ferre volūt: ſil'r ⁊ eoꝝ pecunias hr̄e: neceſſe eſt. Xp̄s celoꝝ rex ac vniuerſoꝝ dn̄s: pedeſter incedebat: ac ipſe ⁊ apl'i ſpicaꝝ granis qn̄qʒ reficiebāt̄. Nō eſt ſufficiēs excuſatio p̄latoꝝ dicere: ꝙ debēt magnū iter facere ⁊c. ac ſecū frēs ducere. Nam lʒ ita ſit: tn̄ opʒ ꝓuincialē ⁊ gn̄alē moderari ſtatū ſuū ſm̄ regl'am: deferēdo talē comitatuʒ: ac faciēdo expēſas quales regl'a ꝑmittit: ⁊ nō extra moderari regl'am ſm̄ ſtatum quē ad libitū ſuū aſſumūt: dilatādo ⁊ ampliādo regl'am. Subiecti em̄ ſunt regl'e ſicut ⁊ alij frēs: immo ⁊ magis q̄ alij frēs: tenēturqʒ rigidiꝰ viuere: ac minꝰ ſibi idulgere q̄ ſi ſubditi eēnt. Nam ipſoꝝ relaxatio ē in ſcandalum ordini: qd̄ nō ita foret ſi ſubditi eēnt. Idcirco nō ſibi blādiant̄ dicēdo: Prelati ſumꝰ. Laboramꝰ. neceſſitatē amplioꝛē habemꝰ. Qūo em̄ alijs denegabūt: vl' arguēt: q̄ ſibimetipſis ꝯcedūt? Nō nego tn̄ ꝙ in aliquo caſu poſſibili: q̄uis raro poſſit ſubeſſe cauſa legitima ducēdi burſariū: vt pote quando iter agēdū foret ꝑ terras penitꝰ inhūanas. Sʒ nihilominus ſuari debent modi req̄ſiti in eleemoſynis pecuniarijs. quos ſm̄ Clemētē in ſua declaratiōe opʒ neceſſario ſuare ſub pena trāſgreſſiōis regl'e. Preſ̄ti ꝙ hmōi burſarij nō ſint famli domeſtici frm̄: vl' alij pecuniā auctoritate ⁊ mādato frm̄ portantes ac diſpēſantes: ſʒ alij aliq̄ a dn̄is dātibꝰ deputati: ⁊ iuxta ipſoꝝ dātiū mādatū deferētes: ac expēdētes. Nec in hoc excuſat ꝯſuetudo. Experiantur nāqʒ tales qd̄ alij mlti frēs ordinis ꝑ mūdū eūtes ad capl'a gn̄alia ⁊ redeuntes ſine talibꝰ burſarijs expti ſunt. Nō eſt em̄ abbreuiata manꝰ dn̄i: ſʒ abbreuiata ē aliquoꝝ volūtas ad pauptatē. Opʒ igit̄ expiri penuriā. Nec opʒ fugere crucē. Nā a fugiēte crucē: fugiat neceſſe ē gl'ia reſurrectionis. Nec decet repudiare legatū p̄ris. ſ. mēdicitatē: ne abdicemur ab hereditate ſupna.

¶ Prelati nō excuſant̄ ab obſeruantia paupertatis pluſquā alij frēs.

¶ Dubium decimum.

Decimũ dubiũ eſt: vtrũ in ſupꝛadictis: alijs ꝗ ſilibus ignoꝛãtia excuſet fres: nec ne? ¶ Reſpondetur q̃ non: q2 quilibꝫ tenetur ſcire illa q̃ tenetur adimplere. Tenentur aũt oĩs fres regulã ſuã obſuare. Igitur ⁊ ſcire obligatoꝛia illi⁹. Sicut qcũqꝫ xpianus nõ excuſat̃ ob ignoꝛantiã legis xpiane. ſ. mãdatoꝝ dei. ⁊c. Quilibꝫ nãqꝫ ſcire tenet̃ illa q̃ ſtatui ſuo neceſſaria ſunt. Nam quõ qs ſeruare põt ſi ignoꝛet q̃ ſeruãdũ eſt? Nemo ita qꝫ ab hoc excuſat̃: pſertim ſi ignoꝛãtia eſt nõ ſolũ craſſa ſꝫ etiã affectata: q2. ſ. nõ vult intelligere vt bñ agat. Sꝫ aliq volũt ignoꝛare putantes ſic excuſari poſſe in iudicio diuino: cũ tñ ecõtra magis culpabiles reddant̃ volũtarias incurrẽdo tenebꝛas. Nolũt etiã aliq audire: ne poſtea babeãt ꝯſciẽtie remoꝛſum ſeu ſcrupulũ. Quis aũt adimplebit q̃ adhuc audire nõ vult? Hoc ẽ teſtimoniũ ſatis efficax ad ꝓbãdũ ꝙ regula nõ ſeruat̃: qñ odit̃ ſmo. loqlla. collatio. collocutio ſeu cõfabulatio de regula ⁊ attinẽtib⁹ ad ipam. Ac ſilr qñ zelatoꝛes regule vocãtur ſcrupuloſi. Sꝫ ve (vt inqt aplꝰs) ignoꝛãs ignoꝛabit̃: ⁊ dicetur ei illud euãgelicũ. Neſcio vos. ¶ Sꝫ aduerſus pdicta poſſet qs obijcere dicẽdo: nõ eſſe iudicandũ homini litteratos ac peritiſſimos eſſe immemoꝛes ſue ſalutis nõ obſeruãdo ea ad q̃ tenentur. Sic eñ totus oꝛdo poſitus eẽt in ruina ⁊c. ¶ Rñdetur: ꝙ multi multa ſciunt ⁊ ſeipos neſciunt. Nec miꝝ ꝙ ſtatũ ſuũ ignoꝛẽt: q2 ſepe multe lr̃e deducũt aliquos ad inſaniã. ¶ Dicũt tñ aliq: ꝙ lꝫ ita ſit de lr̃atis: tñ ꝙ ignoꝛãtia vi excuſare frẽs ſimplices: q2 ſequũtur doctrinã maioꝝ ac doctioꝝ. Nam Iob. j. d2: ꝙ boues arabãt: ⁊ aſine paſcebãtur iuxta illos: q2. ſ. ſimplices iuxta doctrinã maioꝝ debent viuere. ¶ Ad hoc rñdetur: ꝙ ſimplices nõ vouerũt vitã ſapientum ſeu doctoꝝ ⁊ pdicatoꝝ: ſꝫ minoꝝ: ac bt̃i Frãciſci. ¶ Itẽ arguũt aliq dicẽdo ſic. Nemo nõ intẽdẽs ſe obligare: obligatur. Sꝫ multi vel oẽs nõ intendunt ſe obligare niſi ad vitã cõem alioꝝ: ergo nõ ampli⁹ tenẽtur ad regule obſeruãtiam q̃ꝫ cõiter obſuet̃. ¶ Ad hoc d2: ꝙ qlibꝫ niſi aliđ exꝑmat intẽdit ſe obligare ad obſeruationẽ regule bt̃i Frãciſci: q2 talẽ vouet. Et ideo pꝛius iſtruit̃ de illa: lꝫ foꝛte nõ ita plene vt deberꝫ. q̃ pſertim accidit qñ q̃ docet̃ oꝛe nõ complet̃ ope. Igit̃ cũ voueãt regulã minoꝝ: nõ excuſant̃ ab ei⁹ obſuãtia ſi eã ꝓpter ignoꝛãtiã nõ ſuãt cũ eã ſcire teneãt̃. Si tñ eẽt aliqs ita ſimplex q nõ capet nec itelligeret: talis poſſet aliquo mõ excuſari: q2 intellexit quod vouit: poſſet qꝫ talis trãſire ad laxioꝛẽ. Aꝫ tñ ſi manet in oꝛdine quẽ vouit: tenet̃ obſeruare. quod eſt bene notandum.

Obiectiones ꝯtra pꝛedicta cũ ſua reſpõſione.

¶ Dubium vndecimum.

Vndecimũ dubiũ eſt: an in miſſaꝝ receptione ſeu commendatione: ac in babituũ datione ꝓ moꝛtuis cõmitti valeat pctm̃ a fr̃ibus? ¶ Reſpondet̃: ꝙ multiplex pctm̃ põt in his interuenire: pſertim ſimonia: ⁊ receptio pecunie in rl̃a ꝓhibita. De ſimonia ptꝫ ſic. Qñ ſpũale dat̃ ꝓ tpali: pſertim cũ pacto omiſſiõis vel cõmiſſiõis ſeruicij vel alicuius rei tpalis: ẽ ſimonia liqda: maxime qñ datur intuitu rei tpalis pncipalr̃. Sed hoc ꝯtingit in miſſis ⁊ habitib⁹ qñ pꝛimo habet̃ ocul⁹ ad lucrum tpale: vt ſi fiat pactum de pꝛecio: ⁊ taxatio miſſarum ⁊ habituũ: ita ꝙ ſi non daretur tantum non diceretur miſſa: nec daretur babitus. Igit̃ ſic faciendo committeretur

Quid ſit ſimonia.

ſimonia indubitãter. ¶ Sil'r ſi refraudet̃ intẽtio commẽdãtis miſſas:vel ꝑ quo commendãt̃:qñ vult ꝙ ſtatim dicant̃:⁊ differunt̃ quouſqꝫ ſoluãt̃. In quo vltra mẽdacium committit̃ ſimonia mẽtalis ad minus. Que lꝫ nõ ap pareat in ꝟbis:apparet tñ in factis. Item qñ ſi non dat̃ tm̃ ꝓcium:non dñr tot miſſe eſt ſimonia clara. ¶ Sꝫ dicet forte aliquis non committi in ꝑfatis ſimoniã:q: in hñtibus panus vendit̃:⁊ non idulgẽtia:⁊ in miſſis labor:nõ aũt gr̃a. ¶ Rñdet̃:ꝙ hoc ſtare non põt. Primo:q: dicẽs vẽdi panũ ⁊ labo rẽ:ſeipm ꝯdẽnat:q: fratri minori non lꝫ aliquid vẽdere. Scd̃o:q: ẽt ſi lice ret:falſuꝫ eſt ꝙ panus vendat̃ in ꝑfatis habitib⁹:q: null⁹ hmõi habituũ tm̃ valet q̃tum ꝓ illo petit̃ ſeu dat̃:nec aliquis ſane mẽtis ꝓ illo pano tm̃ darꝫ. Igit̃ ſi exigat̃ ꝓcium determinatũ:iã vendit̃ indulgentia ſeu gr̃a:ꝯtra illud euãgelij dictum a xp̃o. Qd̃ gratis accepiſtis:gratis date. Ac per ꝯñs cõmittit̃ ſimoniaca prauitas.

**De habitib⁹ qui dant̃ ꝓ defunctis.**

**De receptiõe miſſarum.**

¶ Sil'r quo ad miſſas:ſi fiat ꝓmiſſio ⁊ pactum atqꝫ ex actio:⁊ ſi frẽs celebrẽt ꝓpter ꝓcium ſeu prãdium:vel ꝯſilia ꝓncipaliter. Ui detur aũt ꝓpter hmõi ꝓncipal'r fieri ſi non interueniẽte:vel ſublato ꝓcio ſeu prãdio ⁊c. frat̃ non vult celebrare miſſaꝫ. Tunc.n. manifeſte apparet ꝙ nõ ꝓpter deũ ſꝫ ꝓpter ventrẽ:aut aliã rem tp̃alẽ ꝓncipal'r celebrat̃. Qui em̃ ꝓpt deum celebrat:non deſinit miſſaꝫ dicere niſi ꝓpter deuꝫ. Poteſt tñ expectari recompẽſatio beniuola ꝓmiſſis commẽdatis. Sꝫ non debꝫ fieri exactio:nec minus ap̃ciatio tricenarioꝝ:aut nouenarioꝝ:ſeu alioꝝ officioꝝ funeralium ⁊c. Nec poteſt dici ꝙ dat̃ vel petit̃ precium ꝓ labore qd̃ ſuſtinet̃ in miſſa:q: certe ꝓ labore illo non daret tm̃ cõmendans miſſas ſicut ꝯſueuit dari:nec ali quis auderet exigere. Nemo ergo ſeipꝫ decipiat q̃rendo excuſatiões i pctĩs. ¶ Ceteꝝ ꝙ in ꝑdictis poſſit ꝯtingere pecunie receptio ꝓhibita:ptꝫ q: circa eleemoſynas q̃ dant̃ ꝓmiſſis ⁊ habitib⁹ ſicut in alijs opꝫ ſuare modificatio nes ordinatas per Nicolaũ.3. Que ſi non ſeruãt̃ in ꝑfatis:abſqꝫ dubio reci pitur pecunia ꝯtra ꝓhibitionẽ regule. Non.n. eſt putãdum ꝙ in eleemoſy na miſſaꝝ ⁊ habituũ habeãt aliqd ãplius frẽs q̃ in ceteris eleemoſynis pe cuniarijs:aut ꝙ de ipſa poſſint diſponere tanq̃ de re ſibi iure debita pluſq̃ de alia eleemoſyna:dicẽdo qd̃ ꝓuenit ex labore ſuo. Uñ qd̃ nonnulli dicũt: vcꝫ ſatis regulare eſſe viuere de miſſis:ſeu de eleemoſynis miſſarũ:tanq̃ de mercede laboris:q: ſctũs pr̃ Frãciſcus dixit qd̃ poſſint viuere de labore ho neſto:ſeu qd̃ ꝓ mercede ſui laboris:corꝑis neceſſaria recipiãt:nõ ꝑt adapta ri ad ꝑdictas eleemoſynas:q: poſt hmõi ꝟba:corporis neceſſaria recipiant: ſubiunxit immediate.preter denarios vel pecuniã. Nec de ꝑdicto labore vt̃ ſctm̃ pr̃em intellexiſſe:q: idẽ alias dixit. Oẽs frẽs firmiter volo ꝙ laborent. Sꝫ non voluit qd̃ oẽs dicerent miſſam:cũ nec ipſe vnq̃ eã dixerit. Nec de cens eſt miſſaꝫ ⁊ ſacramẽtum diuiniſſimũ:laborẽ manuũ appellare:nec mi nus venale facere. Eſt igit̃ ſupradictũ intẽtioni ſcti pr̃is nr̃i ꝯtrariuꝫ:⁊ oĩno ei repugnãs:q: locut⁹ eſt de labore manuali:vt ſcti pr̃es egypti: ⁊ alij ãtiqui laborare ꝯſueuerãt:⁊ de tali labore viuere.

**De recõmendatione miſſaꝝ int̃ frẽs.**

¶ Sꝫ reſtat hic videre vtrũ liceat ꝑfatis fratrib⁹ miſſas eis commẽdãtas:alijs fratrib⁹ dare. Rñdet̃:qd̃ cum miſſe non dentur cõiter ſine pecunia:⁊ fratri minori ſit interdict⁹ vſus pecu nie:nec eã dare poſſit ſalua ſua ꝓfeſſione:non ꝑt miſſas alicui dare. Miſſe

eū non dātur ſʒ commēdātur: pecunie aūt dātur: qđ frater minoꝛ facere ne quit: q̄ꝛ hoc ad dños pecuniaꝝ pertinet. Frēs ꝟo non ſunt dñi: nec vti pñt pecunia: aut dare illā. Immo multo min⁹ pñt dare miſſas q̄ȝ recipere pecu- niā. Nā ad dandū reqrit̄ dñium: qđ ipſi nō hñt. Vñ ſi ita facerēt: tripliciter peccarēt. Primo tanq̄ȝ ꝓprietarij faciēdo ſe dños: exercēdo act⁹ ꝓprietatis ex ercendo. Scđo velut pecunie receptores ſeu adminiſtratores: vtēdo illa ad libitū ſuū. Tertio cōmitterēt furtū: dādo rē alienā inuito dño. Qui ſi ſciret ita eſſe faciēdū: forſam miſſas nō cōmendaſſet. ¶ Nec ſufficit dicere: ꝙ frēs nulli⁹ rei dñiū hñt: ſi tñ circa res eoſdē oīno act⁹ exerceāt quos dñi exercere pñt. Sicut nō ſufficit dicere aliquē eſſe caſtū: ſi carnis act⁹ exeqt̄. ¶ Itē illi⁹ ꝓhibet̄ donatio cui⁹ ⁊ vſus ꝓhibit⁹ eſt. Sʒ fratri minori ꝓhibet̄ vſus pecu nie: igit̄ a fortiori donatio ꝓhibita ē. Plus.n. ē donare q̄ȝ vti. Nā frī licitū ē vti pano ⁊ alijs reb⁹ neceſſarijs: ſʒ nō donare: niſi iuxta voluntatē dātis: aut pape. ¶ Itē nulla eleemoſyna pecūiaria pōt deponi: nec mutari: ſeu trāſferri niſi ſm volūtatē dātis: ꝓut teſtat̄ declaratio Nicolai: q̄ꝛ alias recipet̄ pecu- nia. Sʒ in p̄facta datiōe ſeu ꝯmēdatiōe miſſaꝝ: vix aut nūq̄ȝ pñt iſta vitari: ergo ⁊c. ¶ Nec valet dicere: ꝙ hmōi datio miſſaꝝ ſit ex charitate: ac p ꝯñs ē licita. Nā talis charitas ē indiſcreta. Indiſcretū eſt.n. ac vicioſuȝ qđ nō re gulat̄ ſm legē diuinā: ⁊ eſt ꝯtra aīaȝ. Nā qd ꝓdeſt hoī ſi vniuerſuȝ mūduȝ lucret̄: aīe ꝟo ſue detrimētū patiat̄. Sic aūt eſt in ꝓpoſito q̄ꝛ qđ apparet cha ritas: ē carnalitas. Vt pote ſi aliqs diceret. Iſti nō hñt miſſos: nec vñ emant neceſſaria vel vtilia. ergo charitas ē cōmēdare illis miſſas. Ad qđ rñdet̄: ꝙ talib⁹ nō deeſt remediū ſufficiēs. ſ. petere eleemoſynā: ⁊ eſſe ꝯtenti datis: ſeu oblatis: patiq̄ȝ penuriā vt paupes. Nā volētes ꝙ nūq̄ȝ eis deficiat ordiari⁹ vict⁹ ⁊ veſtit⁹: vt ſtudētib⁹ ſalmāticē: nō ſunt ꝟe paupes. Viuētib⁹ aūt ſm regulā: nūq̄ȝ deficiūt neceſſaria: q̄ꝛ dñs ꝓuidet eis. Nō ergo ſuccurrit̄ talib⁹ dādo eis miſſas: vt p̄dictū ē: ſʒ poti⁹ adiumētū p̄ſtat̄ eoꝝ dānationi cū ꝓꝑa dānatiōe. Nā q dat nō p̄t dare: nec alter recipe: ⁊ ſic vterq̄ȝ in foueā cadit.

### ¶ Dubiū duodecimum.

Duodecimū dubiū ē: vtrū relictis oīb⁹ licitū ſit ex mēdicitate viuere? ¶ Rñdet̄: licitū eē: imo ⁊ ſup erogatoꝛie meritoꝛiū his qb⁹ i ſūt tres ꝯditiōes: vcʒ patiētia ad penuriā: ⁊ ſatiſfactio ſeu ꝯtētatio cū neceſſa rijs: ⁊ recōpēſatio in ſpūalib⁹. Nō ſic aūt diſpoſitis illicitū eſt mendicare. Primū ptʒ ſic. Xpi ꝯſilia p̄ficere ⁊ adiplere: ac op⁹ pfectiōis facere: p̄ſtim ſi eſt penoſuȝ ⁊ difficile: ē licitū: ac ſup erogatoꝛie meritoꝛiū. Dico aūt ſup ero gatiue meritoꝛiū: qđ eſt meritoꝛiū ⁊ non obligatoꝛiū de ſe: ſicut eſt ꝯſilia xp̄i exequi. Sʒ relinq̄re oīa ⁊ effici mēdicū ꝓpter xp̄ʒ eſt hmōi: q̄ꝛ ipſe dixit. Si vis pfect⁹ eſſe vade ⁊ vēde oīa q̄ habes: ⁊ da paupib⁹. Ergo ſeqt̄ qđ ē licitū ac valde meritoꝛiū. ¶ Itē xp̄s fuit mendic⁹ nō viuēs ope manuū: iuxta illđ p̄s. Ego aūt mendic⁹ ſuȝ ⁊ paup. qđ ad lrām de xp̄o intelligat̄: q̄ꝛ dauid: qui hmōi ꝟba ꝓtulit nō fuit mēdic⁹: ⁊ ideo nō de ſe loq̄bat̄? Vñ ⁊ i alio p̄s di- xit. Perſecut⁹ ē hoīeȝ mēdicū. ſ. xp̄ʒ. ¶ Preterea: mēdicitas a xp̄o laudatur. Vbi.n. nos habem⁹ i euāgelio. Bt̄i paupes ſpū ⁊c. Lra greca hʒ. Bt̄i men dici: vt ait Chriſoſtom⁹ doctoꝛ grec⁹. ¶ Sʒ ꝙ reqrāt̄ tres ꝯditiones ſupra-

Tria req̃ſita ad mēdican dum licite.

dicte:ꝓbatur diſcurrēdo ꝑ ſingulas. Prima ꝙ ſint parati penuriā pati: ⁊ ꝙ
alias ſit illicitū mendicare: ꝓbaꝫ ſic. Pro tāto eſt bonū relinq̄re ſua: pro q̄to
tollit ſolicitudinē impediētē a diuinis: ⁊ reddiꝫ homo magis aptꝰ ad ſerui-
ciū dei. Si aūt ecōtra euenit: nō eſt bonū ea relinq̄re: vꝫ qn̄ ad diuina efficiꝫ
minꝰ idoneus. Sꝫ hoc ꝓuenit qn̄ nō eſt q̄s paratꝰ pati penuriā: ⁊ eſſe ꝯtentꝰ
neceſſarijs: qꝛ minꝰ eſt idoneus q̄ꝫ cū eaꝝ poſſeſſiōe. Igiꝫ illicitū eſt tali reli-
ctis oībus mēdicare. Quod aūt hoc ſit verū: liquet: qꝛ relinq̄re ſua de q̄bus
viuere poſſet: ac velle mēdicare ē cauſa ꝓxima viciorꝝ multorꝝ: ⁊ non adiu-
mentū v̄tutū. Et talis nō relinq̄t impedimēta vite ſpūalis: imo accipit one-
ra grauia ⁊ importabilia: dimiſſo onere leuiori: q̄d ſatis fatuū eſt volenti ad
ardua ꝯſcēdere: put' ē vita ꝑfecta: ⁊ x̄pi imitatrix. Hoc ptꝫ: qꝛ talibꝰ ē cauſa
impatiētie. murmuratiōis. ꝑturbatiōis ꝯtinue. auaritie: ⁊ diſtractionis exi-
Scūs grego rius. mie. Ergo talibꝰ nō lꝫ relinq̄re ſua. Quod aūt ſit cauſa ipatiētie: innuit Gre-
gorꝰ in paſtorali: pte. 3. admonitiōe. 21. dicēs. Qui iā q̄ poſſidēt miſericordi
ter tribuūt: neceſſe ē vt ſolicite ꝑpēdāt ne ꝯmiſſa idigne diſtribuāt. Et ifra.
Ne cū pauca opꝫ: plurima p̄beāt: ⁊ ipſi poſtmodū inopiā tollerātes ad ipa-
tientiā erūpant: audiātq; q̄d ſcriptū eſt. Nō vt alijs ſit remiſſio: vob aūt tri-
bulatio: ſꝫ eq̄tate vr̄a abūdātia illorꝝ ſuppleat inopiā: vt ⁊ illorꝝ abundātia:
vr̄e inopie ſit ſupplemētū. Cū .n. dātis mēs neſcit ferre inopiā: ſi multa ſibi
ſubtrahit: occaſionē ꝯtra ſe impatiētie exq̄rit. Priꝰ nāq; p̄parandꝰ ē patiē-
tia animꝰ: ⁊ aut multa ſunt: aut cūcta largiēda: ne dū minꝰ equanimiter in-
opia irruēs ferꝫ: ⁊ p̄miſſe largitatis merces pereat: ⁊ adhuc mētem deterius
murmuratio ſubſeq̄ns ꝑdat. Hec Gregorꝰ. ¶ Eſt etiā cauſa auaritie oīm de
Scūs grego rius. relitio talibꝰ: vt ptꝫ ēt ꝑ Gregoriū. 3. paſtoralis admonitiōe. 22. cū ait. Hi eñ
ꝓp̄a indiſcrete tribuētes: nō ſolū vt ſupra diximꝰ ad impatientie murmur
ꝓrumpūt: ſꝫ cogēte ſe inopia: vſq; ad auariciā deuoluunꝫ. ¶ Itē talibꝰ oīm
derelitio ē cauſa maioris ſolicitudinis ⁊ diſtractiōis mētis ⁊ corꝑis. Faci-
lius nāq; hn̄s patrimoniū de illo viuere pōt: ac deo vacare: q̄ꝫ nihil oīno ha
bens volēs laute ac delitioſe viuere: ⁊ p̄ter neceſſaria q̄rēdo: vt ſupra dictuꝫ
eſt: ⁊ ē valde clarū: qꝛ maiorē diſtractionē incurrit q̄ꝫ antea hababat. Modo
ꝓ tāto eſt bonū dimittere ꝓp̄a: q̄to ꝑ hoc reddiꝫ homo minꝰ ſolicitꝰ. Et ſic
manet ꝓbata p̄ma ꝯditio: ac etiā ſcd̄a: ſcꝫ ꝙ eſt meritoriū relictis oībꝰ mēdi-
care his q̄ pati ſunt penuriā pati: ⁊ ſunt neceſſarijs ꝯtēti: ⁊ ꝙ alijs q̄ econtra
ſe hn̄t: eſt illicitū ⁊ letale venenū. ¶ Req̄riꝫ etiā alia ꝯditio: vꝫ ꝙ talis recō-
penſet: in ſpūalibꝰ: nā oēs doctores ſuꝑ illd̄ apl̄i. Qui nō laborat nō mandu
cet: tenent eſſe illicitā mendicitatē exiſtentibꝰ corꝑe ſanis potentibꝰ laborare
niſi in ſpūalibꝰ recōpenſent: vt in orōnibꝰ ⁊c. Alias nāq; eſt illicitū: quia eſt
alienū rapere. Ideo .n. excuſaꝫ mendicitas: ⁊ approbaꝫ: non vt mendicantes
ocio vacent: ſꝫ vt melioribꝰ exercitijs occupenꝫ. Hec q̄ſtio tractaꝫ a doctori-
bꝰ ſub his terminis. Utrū exiſtens corꝑe ſanꝰ teneaꝫ ex labore viuere: vel mē
dicare poſſit: Et teneꝫ cōiter ꝙ tali nō lꝫ vllo modo mendicare. ¶ Quod aūt
ſic diſpoſitis: vt ſupius eſt expꝛſſum: ſit illicitū mendicare: ꝓbaꝫ adhuc mul-
tipliciꝫ. Illud nāq; eſt illicitū q̄d eſt cauſa trāſgreſſiōis. Sꝫ hmōi eſt eroga-
tis oībꝰ mendicare his q̄ nō ſunt parati penuriā pati ⁊c. ergo. Un̄ glo. ſuper

illud.2.q.8. Non qđ alijs ſit remiſſio:vobaūt ꝑſatio:dicit. Non hoc ideo
dixit quin meli⁹ eſſet:ſꝫ infirmis timet:quos ſic dare monet vt egeſtateꝫ nō
patianꝶ. Et ideo talib⁹ nō eſt ꝯſulendū ꝓpa dimittere. Nec a talibus eſt tn̄
accipiendū vt egeſtatē patianꝶ:etiā ſi voluntarij eſſent ad dandū:ꝛ mltū obſe-
crarent vt accipent:q₂ mltū peccarent hoc facientes. Ideoqꝫ Gregori⁹ qui-
buſdā inopiā ferre nolentib⁹ ait. Tollerabili⁹ eſt min⁹ tribuere:q̄ꝫ poſt lar-
gitionē ex inopia murmurare. ¶ Itē illis q maiorē ſolicitudinē ꝛ diſtractio
nē incurrūt nō lꝫ ſua dimittere. Sic aūt accidit in hisq maiori grauāꝶ cu-
ra q̄ꝫ ſi mediocriter ſua poſſiderēt ergo.ꝛc. ¶ Itē q₂ ſicut ille q rem pauperi
debitā tollit latro eſt:ſic q vltra neceſſitatē verā mendicāt. Nam eleemoſyne
ſunt hereditas pauperꝝ. Ergo ſicut inter heredes q plus de hereditate accipe
ret q̄ꝫ ſibi deberet raptor eſſet:ſic etiā q vltra neceſſitatē mendicat furaꝶ. Vn̄
Hieronym⁹. Aliena cape(inqt)ꝯuincitꝶ:q vltra neceſſaria ſibi retinere ꝓba-
tur. Et Ambroſi⁹. Qui accipit ꝛ nō indigit:rapit. Ideoqꝫ btūs pr̄ nr̄ Fran-
ciſcus verus paup aiebat. Nunq̄ꝫ fui fur ꝛ latro. Hoc eſt:de eleemoſynis q̄
ſunt hereditas pauperꝝ ſemꝑ min⁹ accepi q̄ꝫ me ꝯtingeret:ne alij paupes ſua
ſorte defraudarenꝶ:q₂ ꝯtrariū facere furtū eſt. ¶ Item q₂ hypochryſis eſt fin
gere ſanctitatē vel v̄tutē vbi nō eſt ꝑſertim vbi fingiꝶ ꝓpter aliqđ tpale. Sꝫ
mendicitas eſt ſignū ſtricte ac v̄e pauptatis:ergo vbi eſt mēdicitas ꝛ nō v̄a
pauptas eſt hypochryſis:vt qn̄ nō tm̄ neceſſaria mendicātur:verꝫ etiā ſup-
flua:ꝛ qn̄ fingiꝶ egeſtas nō egendo:ac de noīe pauperꝝ gliatur:res autēꝫ noīs
oditur ꝛ fugiꝶ:penuriā pati nollendo. Quid.n.eſt exterius more pauperuꝫ
mendicare:ꝛ ad inſtar diuitū intus abūdare:vt ſanctus Bonauētura ait?
¶ Item ſtultū ꝛ irrationale eſt ſua dimittere qbus licite vti poterat:ꝛ aliena
cū auiditate q̄rere:ꝛ cū ſcrupulo ꝛ cinere peccati panē mādūcare. Vn̄ Gre-
gorius in paſtorali.3.parte.admonitiōe.22.dicit. Quid eoꝝ morte infelici⁹:
qbus de largitate naſciꝶ auaricia ꝛ pctōꝝ ſeges quaſi ex v̄tutū ſemine ꝑcrea
tur? ¶ Item qd riſu dignius q̄ꝫ q̄rere cū auiditate maxima:ꝛ infelicitate:ac
mala ꝯſcientia q̄ liberalr̄ dimiſſa ſunt? Quid etiā ridiculoſius q̄ꝫ ſarcinam
tpaliū ꝓprioꝝ reijcere:ꝛ alienoꝝ tā auide q̄rere? ¶ Sꝫ forte aduerſus ꝑdicta
obijciet qſpiā dicēdo ſic. Frēs nō tenenꝶ ad arctū vſum ꝑter illū q in regula
ꝯtineꝶ.ſ.de tunicis ꝛ calciamentis ꝛc.ꝛ q̄ꝫtū ad alia nō obliganꝶ ad arctum
vſum:vt đr in Clemētina Exiui. Et ſicut ſctūs Bernardinus vr̄ declarare
in quadā epl'a. Ergo pn̄t vti ſupfluis vbi regula nō ponit arctū vſuꝫ:vt in
cibo,potu:ꝛ ſuppellectilib⁹. Modo mēdicare ad vſū licitū nō ē illicitū. Uti
aūt ſupfluis eſt licitū cū nō ſit ꝓhibitū ergo ꝑfata mēdicitas nō eſt illicita:
nec ridiculoſa:vt dictū eſt. Rn̄deꝶ breuiter:ꝙ lꝫ ex regula non tenerenꝶ frēs
ad arctū vſuꝫ nec parce viuere:tn̄ ex quo viuūt de mēdicitate:cū ſani ſunt:ꝛ
laborare poſſint:tenenꝶ ad arctū vſuꝫ ꝛ moderatū:ꝛ aliter cōmittūt furtū:q₂
rapiūt alienū:vcꝫ qđ debitū eſt alijs neceſſitatē patiētib⁹. Nō.n.licitum eſt
mēdicare ſupflua:vt ſupra ꝓbatū eſt. Quāto magis q₂ rōne voti pauptatis
ac regule:lꝫ expſſe nō obligenꝶ ad aliū arctū vſuꝫ ꝑter illū q in regula exꝓmi
tur:tn̄ tenenꝶ ad moderatū vſum rerꝫ ex quo tā arctā pauptatem vouerunt.
Quid.n.eſt pauptas in voto ſi nūq̄ꝫ poniꝶ in vſu cū tn̄ plurimā occaſionē

Obiectio ad
uerſus ſupra
dicta:ꝛ eius
rn̄ſio.

habeat? Et quo nã mõ eſt pauptas in voto vbi nulla ſuſtinet penuriã in facto? Ideo Nicola⁹ in declaratiõe ſua: ar. 2. ait. Inſup vtẽſilia: nec alia quorum vſuz ad neceſſitatẽ ⁊ officiorum ſui ſtat⁹ executionẽ (nõ .n. oĩz rerum vſuz hr̃e debent) ad vllã ſupfluitatẽ. diuitias ſeu copiã q̃ deroget pauptati. Et ĩfra parum ſubdit. Quinimo in oib⁹ appareat in eis quo ad dñiũ oĩmoda abdicatio: ⁊ in vſu neceſſitas. ¶ Itẽ poſſit obijci: q᷑ ſubditi tenẽt p̃latis obedire. Si ergo p̃lat⁹ p̃cipiat ſupradictã mendicationẽ: ſubditi ſaltẽ nõ peccabũt ſic mendicãdo. Ad hoc r̃ndet: q᷑ ſubditi nõ tenẽt obedire ſi eis iniũgãt mẽdicationes ſeu q̃ſte ſupflue: aut ↄtra r̃laz manifeſte. Immo nec qñ eẽnt in notabile diſpẽdiũ ſpũs: vt ſupius dictũ eſt. Igit ſi imponãtur nego ſecularia: vel q̃ſte p edificijs ſupfluis: nõ tenẽtur f̃res minores obedire: q2 hec ſunt ↄtra aiaz ⁊ regulã: ideoq3 peccaret faciẽdo illa: ⁊ grauiſſime ſi ↄgauderet in eis.

¶ Dubiũ tertiũdecimum.

Ertiũdecimũ dubiũ eſt: quare btũs frãciſc⁹ f̃res ſuos paupes mendicos iſtituit cũ tã piculoſa ſit mẽdicitas: vt in p̃cedẽti dubio dictũ ẽ? ¶ R̃ndet: q᷑ ex ſcõ Bonauẽtura ⁊ alijs doctorib⁹ colligit ꝓpt mlta ſic ordinauit btũs pr̃ ſpũ dei afflat⁹. ¶ Primo vt xp̃i veſtigia pfecti⁹ ſequãt. ¶ Scdo vt laqos auaricie facili⁹ euitent. ¶ Tertio vt ab amore mũdi ⁊ rerũ eius ſolicitudine magis abſtracti: melius ac liberi⁹ a dño famulẽt. ¶ Quarto vt pſimonia purgẽt a ſupfluitatis crimine. ¶ Quinto vt mai⁹ meritũ corã deo habeãt ꝓpter ampliorẽ pauptatẽ. ¶ Sexto quaten⁹ p terrenorum alleuiationẽ lcõni ⁊ orõni magis vacarẽt: aptioreſq3 ad ſpũalia eẽnt. Ideo nãq3 in regula dixit. Spm̃ deuotionis nõ extinguãt: cui debẽt cetera tpalia deſuire. ¶ Septimo vt penuria caſtigẽtur in carne arcti⁹ viuẽdo: p qd̃ caro (q̃ de ſe ẽ ſilueſtris) domeſticat. ¶ Octauo vt p hoc p̃dicatio eẽt magis fructuoſa illaz venalẽ non faciendo. Nã ⁊ ꝓpterea xp̃i qñ miſit diſcipulos ad p̃dicãdũ ꝓhibuit ne deferrent aurum vel argentũ: ne ipſorum v̄ba venalia viderent. ¶ Nono vt ampli⁹ in deo ↄfiderent: iuxta illd̉ p̃s. Iacta cogitatũ tuũ in dño. ⁊c. Nõ in redditib⁹: nec in hoib⁹. ¶ Decimo vt pauptas eſſet occaſio exeũdi ad aliorum edificationẽ. ¶ Undecimo vt exẽplo friũ alij ad ſpũalia erigerẽt: mũdũq3 ↄtẽnerẽt vidẽdo eorum mũdi ↄtemptũ. ¶ Duodecimo vt eo magis ſcãdalũ cauerent q̃to ampli⁹ eelemoſynis idigerent. ¶ Tertiodecimo vt tãto ſint humiliores q̃to magis aliorum ſubſidio egent: oib⁹q3 inferiores ſe ↄſtituãt ex quo ab oib⁹ ſubſidiũ accipiũt. Ideoq3 btũs frãciſc⁹ optime f̃res ſuos minores nũcupauit: q2 minores oib⁹ hoib⁹ nos facim⁹ mẽdicãdo ab eis: q2 minor recipit a maiore. ¶ Ultimo q2 ex pauptate pfecta q̃ ↄſiſtit in mẽdicitate bñ regulata oriũtur pl̃ime v̄tutes. Quapropter non imerito pauptatis vocatur a Guillelmo pariſiẽſi mr̃ religionis. Nã ſicut mr̃ nutrit ac fouet filiã: ſic pauptas nutrit obedientiã: q2 vbi nõ eſt itereſſe facili⁹ obeditur. Caſtitatẽ etiam generat p tẽpantiã ſeu penuriã: q2 ſine cerere ⁊ bacho friget venus. Deuotionem ſiliter nutrit p oblationẽ ſolicitudinis rerum tpaliũ. Et inſup tollit cupiditatẽ deſtructricẽ charitatis. Uñ ſicut cupiditas eſt oĩm malorum radix: ſic pauptas ẽ fũdamẽtũ oĩs bõi. Hoc ãt nemo bñ nouit niſi cui de⁹ eã dõauit.

¶ Dubiũ quartũdecimum.

Nico. pa. 3.

De mltiplici vtilitate ꝓueniẽte ex mendicitate.

QUartūdecimū dubiū: vtrū ſtāte mō religionis a regule recto tramite multipliciter dilapſo: platuras acceptātes: nedū ambiētes: nō intēdētes aliter viuere ꝙ̄ a deuiātib⁹ viuat: a pctō cōmiſſionis vel omiſſionis: accuſent? ¶ Rńdet quo pmo ad acceptationē plationū: ꝙ acceptātes platuras nō intēdentes aliter viuere ꝙ̄ a deuiātib⁹ ſeu deformatis viuit: non excuſant a pctō. Nā q accipit offm̄ vbi cōiter peccatur nō intendens mutare modū ei⁹ ſemp peccat: q2 tenet nō bre. Quilibʒ.n. tenetur ſemp vitare pctʒ pſertim mortale. Ergo vbi cōis modus viuēdi eſt in ꝯtinua trāſgreſſiōe rle peccat acceptās offm̄ regiminis. ¶ Itē aſſumēs ſtatū vbi eſt pbabile piculū pcti peccat: q2 q amat piculū peribit in illo: vt dr eccliſi. 3. Sʒ i hmōi platiōe eſt tā grāde piculū ꝙ ſi ab aliquo taliū platoꝝ qratur vtrū vellet mori durāte ſua platiōe rńdet ꝙ nullo mō. Quō igit tute viuere pñt i ſtatu i quo mori timent? Satis ex hoc clare pʒ ꝙ ꝯſcientia teſtificatur talib⁹ eſſe in periclo dānationis. ¶ At tñ ꝯtra pdicte forte arguet qſpiā dicens: ꝙ ſi hoc veꝝ eſſet: ſic ordo deperiret: q2 tūc eēnt ffes tāꝙ̄ oues abſqʒ paſtore ergo ꝛc. ¶ Rńdetur: ꝙ ſi alicui pcipitur ꝛ imponitur platura: ꝛ putat ſe poſſe regulariter viuere: ac regulā pure obſeruare: tenetur acceptare. Si ꝟo nō: tūc peccat: vt dictū eſt. Et cū dr ꝙ ordo deperiret: rńdetur: ꝙ nō peribit ſi plati ſupiores inuigilent ꝛ adiuuent vt regula obſeruetur. Atqʒ ad hoc iſurgāt i manu potenti ꝛ brachio extento ſuū poſſe totū faciendo. Nec excuſantur pter trāſgreſſiones ſubditoꝝ: ſi ipſi ꝯſentiūt: aut ſi (qđ de⁹ auertat) ſunt pncipaliores tranſgreſſores. Maiores.n. tenentur totis virib⁹ niti ꝯtra trāſgreſſiones ꝛ tranſgreſſores regule. ¶ Aliter etiā poſſet qs iſtare dicendo ſic. Propter mai⁹ malū euitādū: min⁹ malū eſt pmittendū. Sʒ mai⁹ malū eſt ordinē carere platis ꝙ̄ deformate viuere ergo pmittēduʒ eſt hoc. Ad idem arguitur ſic. Si plati ſtringere vellent: ac pure regulā obſuare ꝛ obſuari facere: multi ffes apoſtatarent: vel ſaltē multi eſſent male ꝯtenti: ac murmurarent ergo poti⁹ pmittēduʒ eſt ſic viuere vt pdicta maiora mala euitētur. Sicut Loth q filias ſuas obtulit ſtupro ob mai⁹ malū vitādū. Ad hoc rńdetur: ꝙ: vt apoſtol⁹ igt: nō ſunt faciēda mala vt ide eueniāt bōa. Nec vt euitētur maiora mala ſūt minora faciēda. Nunꝙ̄.n. lʒ malū facere ꝙ̄tūcūqʒ minimū: q2 nunꝙ̄ licitū eſt peccare. Vñ illa regula de duob⁹ malis min⁹ ē eligēduʒ: falſa eſt ſimpliciter itelligēdo: q2 nunꝙ̄ maluʒ ē faciēduʒ ſeu eligēdū pp qlēcūqʒ cauſaʒ. Ideo aut oīno repudiāda eſt illa regula: vel intelligēda eſt de malo tpali: ſeu de pmiſſione: vcʒ qñ e duob⁹ malis nō pōt vitari niſi alteꝝ maloꝝ ꝯtingat: non tñ a nob. Nā tūc pmittendū eſt poti⁹ min⁹ malū: non tñ faciendū. Nullus enī pplexus eſſe pōt in lege diuina. Ad exemplū aūt de Loth dr excuſatū euʒ fuiſſe pter animi pturbationē. Vel forte dixit illa ꝟba vt placaret illos ſodomitas: ſeu detineret vt iterim ſaluaret viros illos in quoꝝ ſpecie āgeli apparebant eis. ¶ Scđo dico: min⁹ malū eſſe tales apoſtare q in hmōi ſtatu ita ſunt obſtinati ꝙ nollūt penuriā pati: nec regularib⁹ aſtringi diſciplinis: nec de ſua pfeſſiōe curāt. Tales.n. ſūt i ſtatu dānatiōis: ita ꝙ forte talis nō ꝯuerterēt ad bonū. Et meli⁹ illos ſolos dānari i ſeculo: ꝙ̄ multos de religiōe ſecū in baratrū detrudere. Vñ ad hoc ē notabile exēplū illi⁹ magne regine hiſpa

Obiectiones ꝯtra ſupius dicta: cū eoꝝ reſpōſione.

Exemplum notādum.

niarum Helisabeth: de qua fertur: ꝙ qũ reformari fecit monaſteria monia-
lium: aliq̃ illaꝝ q̃ a monaſterijs fugerãt: in lupanari exiſtẽtes canebant hym-
nos ꝛc. Quib⁹ auditis qdã timorate ↄſciẽtie venerũt ad reginam dicentes.
O dña magnã rõnẽ opꝫ vos exibere deo demonialib⁹ q̃ ob vr̃am reforma-
tionẽ ſunt in lupanari. Quib⁹ regina ſapiẽtiſſima ſic rñdit. Optime factuꝫ
eſt: vt meretrix ſit ĩ loco ſuo .ſ. lupanari. Jlla erat meretrix ĩ loco ſcõ. Meli⁹
eſt vt ſit in loco ſibi decenti. Sic ꝛ in caſu de quo agim⁹. Quanto magis ꝙ
nõ fugerẽt niſi perditiſſimi: alij ꝓ timẽtes deum agnoſcerẽt ſtatum ſuum:
ac eſſent ↄtenti: lꝫ ꝑ aliquo tp̄e ſentirẽt difficultatem ꝛ penam. ¶ Et cum hoc
nõ eſt diffidẽdum de mi̾icordia diuina quin ꝓuideret de neceſſarijs: nam
ipſe cognoſcit figmẽtum nr̃m. Sed m̄lti putãt nõ poſſe ita bene viuere per
dei ꝓuidentiam ſicuti ꝑ ꝓpriam induſtriam ꝛ diligentiam hũanam. Quos
opꝫ compellere intrare.

## ¶ Dubiũ quintũdecimum.

QUintumdecimũ dubiũ eſt: vtrũ in religiõe deformata p̄lati recipien-
tes nouicios peccẽt? ¶ Rñdet̾ ꝙ ſic: q2 inducũt ſeu admittũt ad ſtatũ
ꝑiculoſuꝫ vbi ẽ cõiter trãſgreſſio r̄le: ac ꝑ ↄñs peccãt. Dãt .n. occaſio-
nẽ ꝓximã: ꝑ̄ſertim nõ informãtes ꝟe: liq̄de ꝛ nude de ſuo ſtatu ꝛ obligatiõe
ac difficulte obſ̾uãdi quã hñt. Aliter nãqꝫ nõ vident̾ poſſe excuſari recipiẽ-
tes frẽs ad ordinẽ deformatũ. Nã interrogo ↄtrariũ ſentiẽtẽ. Si qs a me pe-
teret cibũ quẽ ſcio venenatũ eſſe: putãs ille ꝑ illũ ſanitatẽ ↄſeq poſſe: nonne ſi
ego tacerẽ ꝛ darẽ eſſem reus mortis vl̾ dãni ꝓueniẽtis? q̃to ergo ampli⁹ ta-
cẽs ꝟitatẽ illi q cibũ aĩe q̃rit: imo falſe laudãdo: erit re⁹ mortis illi⁹. Nõne
etiã ſi qs petat apiri ſibi ianuã dom⁹ vbi ẽ leo ſeuus deuorare parat⁹: vl̾ ini-
mici illi⁹ abſcõditi ad occidẽdũ illũ: apiens ei ianuã: nec reuelãs ꝑicula pa-
rata nõ erit ĩ culpa mortis vel ꝑicli ſeq̄ntis aut q ſeq poterat? Nõ eſt dubiũ.
Sil̾r accidit ĩ religiõe deformata vbi ſunt innũera ꝑicula pctõꝝ mortalium
ꝓpter cõem ac multiplicẽ trãſgreſſionẽ r̄le. Jgit̾ ſi veniẽs ad talẽ religioneꝫ
vt q̄rat ſalutẽ aĩe ſue: ignoret de ordinationẽ ac ꝑicula q̃ illic ſunt: qualiter
excuſabit̾ ianitor .ſ. p̄lat⁹ introducẽs illũ? Certe ↄcludit iſta ratio. Jdeoqꝫ
xp̄s Math. 23. increpauit iudeoꝝ ꝓ̄imates dicens. Ue vob ſcribe ꝛ phariſei
hypocrite q circuitis mare ꝛ aridã vt faciatis vnũ ꝓſelitũ: ꝛ cũ fact⁹ fuerit:
facitis eũ filiũ gehẽne duplo q̃ꝫ vos. Ex hac auctoritate format̾ tale argumẽ-
tũ. Jlle q aliũ facit filiũ gehẽne peccat mortal̾r. Regula ẽ .n. ſacroꝝ doctorũ
ꝙ vbi ĩ ſcriptura ſacra ponit̾ hec imp̄catio ve: ſignificat ibi eſſe pctm̄ mor-
tale. Ut illꝫ. Ue hoĩ illi ꝑ quẽ ſcãdalũ venit. Ue etiã ſignificat penã ĩferni.
Sic aũt faciũt recipiẽtes ad ſtatũ ꝑiculoſuꝫ vbi regula nõ ſ̾uat̾: q2 faciunt fi-
lios gehẽne ꝓpter trãſgreſſiões q̃ ibidẽ cõmittunt̾. Et qd̾ deterius eſt: q2 vt
in plimũ recepti ſunt peiores recipiẽtib⁹: ꝛ poſteriores ꝑ̄orib⁹: vt experientia
teſtat̾: q2 ꝑuaricatiõib⁹ p̄cedẽtiũ: nouas addũt ſucceſſores. Et multiplicatis
frĩb⁹: multiplicant̾ trãſgreſſiões: ac dilatato ordine dilatat̾ relaxatio: ꝛ ſcãda-
la creſcũt: veteribuſqꝫ noua addunt̾ ſemꝑ ꝛc. ¶ Uerũtamẽ aduerſus p̄dicta
poſſet aliqs ĩſurgere dicẽdo: ꝙ ſi illicitũ foret frẽs ad talẽ ordinẽ recipe: tunc
cito deficeret ac ꝑiret. Jtẽ facili⁹ qs ſaluat̾ in religiõe q̃ꝫ in ſeculo ergo reci-

Obiectiones ↄtrapredicta cũ ſua reſpõſione.

piens nō peccat:cū ad vitā tutiorē recipiat. Jtē etiā ſtāte tali mō viuēdi multi ſaluāt in religiōe q ↄdēnarent in ſclo. ergo nō peccat recipiens. ¶ Rūdet ad hec pmo: ꝙ initiū reformatiōis cuiuſlibꝫ religiōis ↄſiſtit i receptiōe valde examinata paucoꝝ. Quapropter vbi receptio eſt indifferēs: nō pōt eſſe reformatio: ſeu religiōis ↄſuatio. Ad ſingula vo argumēta ptꝫ rñſio ex dictis in deciſiōe dubij pcedētis: q2. ſ. nō ſunt faciēda mala ꝛc. Nec vnq̄ꝫ minus malū eſt faciēdū. Et meli⁹ eſt ꝙ mali dānēt in ſeculo q̄ꝫ in religiōe. Et aliqñ euenit vt difficili⁹ aliq ſaluēt in religiōe q̄ꝫ forte ſaluarēt in ſeculo: q2 nō oib⁹ ↄgruit religio. Jmmo ex tali receptiōe ↄtingit aliqb⁹ magis claudi viaꝫ ſalutis in religiōe: ſm Auguſtini ſentētiā dicētis. Sicut nullos iueni meliores his q in religiōe pfecerūt: ita nullos deteriores q̄ꝫ eos q ex illis defecerūt. ¶ Dico tñ ꝙ recipe aptos religioni: ac ſpū feruētes: eos informādo de pmittendis: ꝛ de periclis: ꝛ qualiter illa cauere ac vitare debent vt ſaluentur: licitū ꝛ bonum eſt. Sed non alias. Et per hoc ſoluitur omne argumentum qđ in contrarium videbatur militare.

### ¶ Dubium ſextumdecimum.

Sextūdecimū dubiū eſt: vtrū regula frm̄ minoꝝ ſit ad lrām obſuabilis: ſine recurſu ad eleemoſynas pecuniarias quas certis modis ↄcedūt ſummoꝝ pōtificū declaratiōes? ¶ Rūdet ꝙ ſic. Jmmo ꝙ oppoſitū ſentire ſapet hereſim: infamādo xp̄m. pbat. Naꝫ ↄſilia xp̄i obſuabilia ſunt. Sꝫ regula frm̄ minoꝝ pure obſuata iuxta lre tenorē eſt ↄſiliū xp̄i dicētis. Nolite poſſidere auꝝ vel argētū ꝛc. ꝛ regula hoc manifeſtat dicēs in pncipio. Regula ꝛ vita minoꝝ frm̄ hec ē ſcꝫm euāgeliū obſuare ꝛc. Jgit dicere eē inobſuabilē: eē dicere ↄſiliū xp̄i nō poſſe ſuari: ꝛ ſic doctrinaꝫ eius eſſe infructuoſam ac irrationalem. Jrrationale nāqꝫ eſt ↄſiliū inobſuabile. Sꝫ hoc aſſere de xp̄o ſapit hereſim dānabilē: eſſetqꝫ heretic⁹ q talia affirmaret ergo ꝛc. ¶ Jtē ſupradictū nō ſolū fuit ↄſiliū: veꝝ ēt pceptū datū aplis ad pdicādū miſſis: qđ ipſi optime ſuauerūt poſtq̄ꝫ p mūdū miſſi ſunt. Et qđ ampli⁹ eſt ipſi iter ifideles hoc obſuauerūt fideliter. Quō ergo pfati frēs inter fideles nō poterūt hoc idē obſeruare? De⁹. n. cognoſcit figmētū nr̄ꝫ ꝛ qd pōt fragilitas nr̄a hūana: ꝛ q̄ꝫtū ipſe vult iuuare. Uñ notāda ſunt q̄dā vba ſcripta i vita bti Frāciſci: vbi dr: ꝙ poſtq̄ꝫ ſcripſit regulā venerūt ad eū miniſtri: q audierūt vocē xp̄i dicētis bt̄o pr̄i Frāciſce: nihil de tuo ē in hac regula: ſꝫ totū eſt meū. Jdeo volo ꝙ ad lrām ſic ſuet: ad lrām. ad lrāꝫ. ad lrāꝫ. ſine gloſa. ſine gloſa. ſine gloſa. Ego. n. ſcio q̄ꝫtū pōt hūana fragilitas: ꝛ q̄ꝫtū ego volo adiuuare. Et q nolūt ſic ſeruare: exeāt ordineꝫ. O vba notāda. Ex qb⁹ ptꝫ ꝙ intētio ſcti Frāciſci: ꝛ xp̄i fuit facere religionē paupeꝝ: ad inſtar ſtatus aplici in paupertate ꝛ humilitate.

### ¶ Dubiū decimūſeptimū.

Decimūſeptimū dubiū eſt: vtrū fri minori liceat trāſire ad locum vbi purius: ꝛ ad lrām regula obſeruet: petita lꝫ nō obtēta licētia? Rūdet: licitū eſſe: ꝛ nō ſolū a loco vbi forte cōiter ē trāſgreſſio regule: q2 hoc claꝝ ē: imo ēt a loco vbi apparet declaratiōes obſeruari. Probat hoc q2 quibuſdā nouū vr̄. Licitū eſt a vita min⁹ ſtricta ad ſtrictiorē trāſire: licētia peti

ta q̄uis nō obtēta: lꝫ habeat ꝓuilegiū ꝙ talis trāſit⁹ fieri neq̄at. Igit eodeꝫ
modo poteſt qs trāſire ad locū vbi purius ⁊ arctius regula ſeruet. Hoc ptꝫ
clariſſime ꝑ illā decretalē notabilē de regularib⁹. c. Licꝫ. vbi textus hoc ex-
preſſe ait. ¶ Sed ꝯtra ṗdicta obijciūt aliq dicēdo: ꝙ vita arctior nō eſt in tu-
gurijs ſeu paruis ꝯuētib⁹: aut heremitorijs ſꝫ in magnis ꝯuētib⁹ vbi magis

Que ſit arctior vita.

laborat: q2 ſunt cōitates grauiores. ¶ Ad qͦ rūdet. Quid ad arctiorē vitaꝫ
plus faciat labor exterior: an abſtinētia. aſpitas. ſolitudo. parcitas victualiū:
⁊ ꝯſilia? Alias ſi ex labore dūtaxat pēſat: fateri opꝫ ꝙ maior labor eſt in ma-
gnis ꝯuētib⁹. Sed ſiliter agricole plus laborant. Quis tn̄ vitā agricolarum
arctionē reputaret? ¶ Et ſi dicat: ꝙ in mendicādo multū laborat: ⁊ ꝯfuſiões
plime ſuſtinent ⁊c. Rūdet: ꝙ nō ꝓpterea tales ampli⁹ merētur. Nam ſcōm
hoc ſtat⁹ miſerabiliū ꝑſonaꝝ ſcli eēt melior. Dicit etiā: ꝙ in multis ꝟificat
illͦ eccliaſ. x. Labor ſtultoꝝ affliget eos. Et illͦ eccliaſ j. Hāc occupationeꝫ
peſſimā dedit de⁹ filijs hoīꝫ: vt occupētur ī ea. Notādū qͦ dicit filijs hoīꝫ:
nō filijs dei. ¶ Preterea: ſi de religiōe vna ad aliā petita lꝫ nō obtēta licētia eſt
ꝯceſſus trāſitus: ⁊ ſi ſit alias religio arctior ⁊ ſtrictior pōt qlibꝫ ad eam ſcōꝫ
ius cōe trāſire: immo ⁊ ſm̄ ius diuinū: q2 ſpūs dei nō eſt alligat⁹: nec aliqs ꝓ-
hiberi pōt qn trāſeat ad ſtrictiorē ſtatū: nec votū in ꝯtrariū factum valet: q2
eēt votū indiſcretū: ergo multo magis in eadē religionē de vno loco ad aliū
rōne ſtrictioris vite poterit qs trāſire. Difficili⁹ nāqꝫ ꝑmittit trāſit⁹ ab vna
religiōe ad aliā: q̄ꝫ in eadē ab vno loco ad aliū. Hoc eſt clariſſimū. ¶ Item q
vouit aliquā regulā pōt trāſire ad religionē vbi ē alia regula quā nō vouit:
nec ſuare tenet. Igit a fortiori a ſtatu inferiori ad altiorē: ⁊ puriorē regule ꝑ-

Obiectio cōtra ſupradicta: ⁊ eius reſponſio.

miſſe obſeruationē poterit qs licite trāſire. Et ſic qͦ dubiū apparebat: ma-
net indubitabile. ¶ Nihilomin⁹ tn̄ poſſet aliqs obijcere ꝯtra ṗdicta dicēdo
minime licere frib⁹ trāſire de loco ad locū ſine licētia obtēta: q2 alias eēt apo-
ſtare: vt in ſtatutis gn̄alib⁹ ordinis declaratū eſt: vbi d2: q̄ꝫ oīs diſcedēs quo-
modolibꝫ ſine licētia ordinis ē apoſtata: ⁊ excōicationē maiorē ibi lataꝫ in-
currit. Rūdet: nō eſſe apoſtaſiā ſi bono zelo ac diſcrete fiat. Nā lꝫ vadat ſine
licētia ordinis: vadit tn̄ cū licētia iuris q̄ maior ē. Ac etiā cū licētia euange-
lij: q2 ſpūs dei nō eſt alligat⁹: ⁊ vbi ſpūs dn̄i ibi libertas. Quis. n. ꝓhibere pt
ſpm̄ dn̄i? Preſertim q2 talis nō recedit ab obediētia: nec ab ordine: nec a rl̄a:
ſꝫ ad ordinē ⁊ regulā maioris ꝑfectiōis ſeu reformatiōis fugit. Nec excōica-
tio tales ligat: q2 intētio ſtatuti gn̄alis eſt ꝯtra illos q recedūt ab ordīe ⁊ obe-
diētia. Et ſi intētio eē ligare tales: nulla eēt ſentētia talis: q2 errorē intollera-
bilē ꝯtineret. Sicut ſi ferret ſentētia excōicationis ꝯtra eos q de patrimonio
ſuo darēt ꝓpter deū: aut ꝯtra intrātes religionē approbatā: vel ꝯſilia: q̄ tolle-
rent aliqͦ bonū vel meli⁹. Itaqꝫ nō ſufficit ad apoſtaſiā recedere abſqꝫ licē-
tia ordinis vel iuris poſitiui: dū tn̄ nō ſine licētia dei: q̄ eſt tutior ſup religs.
¶ Argui ēt pōt ſic. Prelat⁹ pōt ṗcipe ꝑ obediētiā ſubdito vt maneat vbi de-
claratiōes rl̄e ſeruāt: lꝫ ad lrām nō ſeruet rl̄a. ergo tenet obedire cū hoc non
ſit ꝯtra aīam: nec ꝯtra regulā. Rūdet: ꝙ ṗlat⁹ nō pōt ṗcipe ṗter puritatē rl̄e
ſine rectionabili cauſa. Nā lꝫ hoc nō ſit ꝯtra aīam directe: ē tn̄ indirecte: q2
tollit ꝑfectionē: qͦ eſt in detrimētū aīe. Sicut nō pōt ṗlat⁹ ṗcipe ſubdito ne

oret:aut ne ieiunet niſi eẽt in detrimẽtũ:vel ꝓpter aliã rõnabilẽ cauſã:lꝫ nõ ꝯtra animã ꝑcipet:qꝛ ꝑ hmõi aliquo mõ bonũ anime tolliť. Et multo min⁹ põt ꝑlat⁹ ꝑcipe ſubdito ne ſeruet puritatẽ ſue regule.poſſet tñ ꝓpť cõem vtilitatẽ ꝛ ſalutẽ aiaꝝ:vbi charitas cogeret:ꝑcipi vt aliqd dimitteretur de rigore regule:vt alioꝝ ſaluti ꝓuideretur. Tũc.n.charitas ſuppleret. Ceteꝝ ſicut ꝑlat⁹ nõ pt adaugere ſuꝑ regulã:ita nec tollere pt regule puritatẽ:nec min⁹ pt ꝑcipere niſi ſicut dictũ ẽ. Ideoqꝫ nõ hꝫ ptãtẽ ꝯtra intẽtionẽ ſcti Frãciſci ꝛ xpi regulã inſtituẽtes:cui⁹ volũtas expꝛiſſa fuit vt ad lrãz ſuareť ſine gloſa.¶ Inſuꝑ poſſet ꝯtra ꝑdicta argui dicẽdo:ꝙ ꝑ hoc apireť ianua diſſolutis:q ſub tali titulo diſcurrerẽt de loco ad locũ. Ad qð dr:ꝙ nõ ꝯcludit:qꝛ ſupꝛadictũ intelligiť qñ fit bono zelo rõne melioꝛis vite:ꝛ nõ ex temeritate:ſeu leuitate: vel odio ꝑlati. Et qñ eſt dubiũ vñ ꝓcedat talis mutatio:debẽt ꝑlat⁹ ꝛ ſubdẽtus ad ãboꝝ ſuꝑioꝛẽ ꝑlatũ recurrere. Immo ſubdit⁹ poſſet ac deberꝫ appellare:vt dr in ꝑallegato.c.Lꝫ:de regularib⁹. ¶ Dubiũ.xviij.

Ecimũ octauũ dubiũ ẽ:vtrũ ꝓhibẽs ꝑdictũ modũ ſtrictioꝛẽ regulã obſuãdi:aut illi detrahẽs excuſari valeat a pctõ. Rñdeť ꝙ talẽ modũ ꝓhibẽs:ꝑſtiꝫ ſi ẽ ꝑlat⁹:grauiť peccat:ꝛ adhuc pctõ i ſpm ſanctũ. Quot talis peccet:pꝫ:qꝛ ꝓhibẽs aliquẽ aptũ religiõi ab igreſſu illi⁹ peccat:ꝑſtim ſi itẽtiõe ſiniſtra faciat:imo teneť ad ſatiſfaciẽdũ ꝓ illo. Igiť ſi ꝓhibẽs ſeu ipediẽs ab obſuãtia ꝛ igreſſu religiõis quã qs nõdũ vouit peccat:mlto magis q ꝓhibꝫ ꝓfeſſuꝫ iã i religiõe ab obſuãtia purioꝛi ei⁹ peccabit:ꝛ adhuc graui⁹ graui⁹ ẽ.n.ipedire aliquẽ ab obſuãtia purioꝛi rle ꝓmiſſe:ꝙ̃ nõ obligatũ alicui rle ab obſuãtia vel igreſſu illi⁹ retrahere:qꝛ iſte ipedit ab eo qð nullo mõ teneť:ꝛ ille ab eo ꝙoimodo teneť obſuare:vel ad min⁹ teneť tẽdere ad illð lꝫ nõ ſꝑ ꝑfectiſſime obſuare teneať. Immo talis teneť ad reſtitutiõeꝫ eo mõ quo pt:qꝛ abſtulit illi bõa ſpũalia q̃ hẽret niſi ꝑ illũ ꝓhibit⁹ eẽt. Et ſic de oĩ bono qð ille potuiſſꝫ facere:teneť ſatiſfacere. Ac ẽt de oĩ trãſgreſſiõe ꝙ̃ icurrere ꝯtigerit eo ꝙ talẽ modũ nõ aſſũpſit:ꝛ de oĩ malo qð ex tali ꝯſilio.iductiõe:ſeu retractiõe ſeqť. Videãt ergo quõ reſtituẽt ꝓhibẽtes idoneos ac ſufficiẽtes ad hmõi vitã ſtrictã ſectãdã. Qui.n.ꝓhibꝫ alicui vel impedit ne habeat diuitias q̃s honeſte acqrere poterat:ꝛ hoc malicioſe aut iprudenter: qñ furtũ iputabiť ei.¶ Itẽ q tollit diuitias ſeu res tꝑales ꝓximi fur ẽ.ꝛ teneť ad reſtitutionẽ:ꝙ̃to ergo magis ꝓhibꝫ ſeu ipedit lucrũ diuitiaꝝ ſpũaliũ:qð fit:ipediẽdo ne aliqs ſit paupioꝛ.auſterioꝛ.humilioꝛ.deuotioꝛ:ac religioſioꝛ: Hoc ꝑtꝫ ꝑ expiẽtiã de multis q nutriti ſunt:ꝛ viuũt cõiter tali mõ viuẽdi: ꝙ̃to ampli⁹ religs ꝓfecerũt. Ergo impediẽtes tales peccãt grauiter ꝛ ac reſtituere teneť:ipſos vꝫ inducẽdo qb⁹ diſſuaſerũt vt hmõi vitã aſſumãt.¶ Itẽ ſi inferẽs dãnũ tꝑale grauiter peccat:ſicut occidẽs.mutilãs:aut ſpoliãs:ꝙ̃to magis ledẽs in ſpũalib⁹? Quãtũ aũt ledať aĩa in ſpũalib⁹ ex tali ꝓhibitione: narrẽt hi q ſentiũt.¶ Itẽ q ꝓhibꝫ aliquẽ a via ſecurioꝛi ꝛ regia ꝑ quaꝫ plures in celũ abierũt:ꝛ facit deuiare ꝑ viã ꝑiculoſam vel min⁹ ſecurã:q̃rendo diuerticula vbi multi ꝑiclitãť:peccat grauiter. Quilꝫ.n.teneť vitare ꝑiculũ in ſe ꝛ in alijs:ꝙ̃to ergo ampli⁹ tenebitur vitare ne aliũ in ꝑiculũ inducat? Nã ſi nõ vitare malũ eſt pctm̃:qd erit in ꝑiculũ iducere faciẽdo vt dimiſſa

De ſecurita-te obſeruātiū rl̄e ad lr̄am. via ſecura:amplectaꝛ qs viā minus ſecurā? Quā ſecura ſit vita regulā ad lr̄am ſine inuolucris gloſematū:p̄ſertim quo ad pecuniā obſeruare:pꝫ:qꝛ tollitur lapis offenſiōis ꝛ petra ſcādali.ſ.pecunia.Quā bn̄ eſſe petrā ſcandali ꝓuidit btūs Frāciſcꝰ:ꝓpter qꝺ toties in regl̄a dixit:ꝙ frēs nullo mō denarios vel pecuniā recipent.Qui ergo ceciderit ſuꝑ lapidē iſtū:ꝯfringeꝛ. Super quē ꝟo ceciderit:ꝯteret eū.Hec itaqꝫ ē via ſecura:ꝛ alia ꝑiculoſa:de qua verificaꝛ illud ps̄.In via hac qua ambulabā:abſcōderūt ſuꝑbi laqueū mihi.Et iuxta iter ſcādalū poſuerūt.O quot ſcādala iuxta iter declarationū. Nō qꝛ male ſint:ſꝫ qꝛ opꝫ in illis cautiſſime ambulare:ita ꝙ alias citiſſime cadet improuidus.Securior certe via eſt nullo mō:nec directe:nec īdirecte curare de pecunia.Cito.n.a declaratiōibꝰ labi pōt in pecunie receptionē: qꝛ:vt dixi:pecunia eſt ſicut lapis in via:vbi ſi nō apiāꝛ bn̄ ocli:ſepe offendi pōt.¶ Item regl̄a dicit:ꝙ vbicūqꝫ ſunt frēs q ſcirent ꝛ cognoſcerēt ſe non poſſe regl̄am ſpūalr̄ obſeruare:ad ſuos miniſtros poſſint ꝛ debeāt recurrere.Scd̄m aūt expoſitores ꝛ ꝟitatē:rl̄a nō ſeruaꝛ ſpūalr̄:nō ſolū qn̄ eſt manifeſta trāſgreſſio:veꝝ etiā qn̄ extinguiꝛ ſpūs deuotiōis:ꝛ ſpūs dei:q eſt ſpūs regl̄e:cui oīa tp̄alia debēt deſeruire.Quō eī ſpūalr̄ ſeruaꝛ rl̄a ſine ſpū ſuo? Unde lꝫ fuerit puritas q̄tū ad pecuniā ꝛ pauꝑtatē:eſſet tn̄ diſcurſus exceſſiuus ꝛ extinctiuus deuotiōis:nō ſuaretur regula ſpūaliter:ac eſſet legitima cauſa recurrendi ad miniſtrū.Et multo magis vbi ꝓpter diſcurſus ꝛ q̄ſtas ſuꝑfluas tā pecuniarias q̄ꝫ alias ꝯtra regulā extingueret ſpūs deuotionis. Tūc eī nō ſolū poſſent:immo deberēt.Nam ſm̄ Clementē in declaratiōe: eſt eq̄pollens p̄cepto:ꝙ qcūqꝫ frēs ſcirēt ꝛ cognoſcerēt ſe nō poſſe regulā ſpūaliter obſeruare:ad ſuos miniſtros debeāt recurrere.Igitur cū fraꝛ nō valens ſeruare regulā modo p̄fato teneaꝛ recurrere ad miniſtrū:ꝛ vitā alis vbi ſpūs regule ſerueꝛ q̄rere:q talem ꝓhiberet ſeu impediret peccaret morta-

De p̄latis. liter:qꝛ ꝓhibet ab illo qꝺ facere tenetur.¶ Sed notandū ꝙ ſi ꝓhibentes vel impediētes eſſent prelati:multi grauius peccarent:iuxta illud Math.23. qꝺ de ipſis verificareꝛ.Ue vobis ſcribe ꝛ phariſei q clauditis regnum celoꝝ ante hoīes.Uos eī non introiſtis:nec ſinitis alios introire.Et illud Luce. Ue vobis legis peritis:q tuliſtis clauem ſcientie ꝛc.Qꝺ p̄ſertim verificareꝛ de p̄latis ꝛ lr̄atis q hn̄t auctoritatem vt regule ꝟitatem doceāt:ꝛ puritatem eius admoneant:ſi ipſi puritatem odirent:nec intrarent:ſꝫ potius volentes intrare ꝓhiberent.Sed hec dictio:ve:ſignum eſt peccati mortalis.ergo.ꝛc. ¶ Item prelatus teneꝛ ex iure cōi concedere h'mōi licentiam:vt in.c.Licꝫ.de Regularibus:expreſſe contineꝛ.Teneꝛ etiam ex regula q̄ dicit:ꝙ tantam familiaritatem habeāt circa ipſos:vt dicere poſſint eis ꝛ facere ſicut dn̄i ſuis ſuis.Suꝑ quo expoſitores dicunt ꝛ tenent:ꝙ prelatus talibus ꝓuidere tenetur:ꝛ non ſolum qn̄ eſt tranſgreſſio manifeſta:ſed etiam quando ſubditꝰ hꝫ magnum ſcrupulum de regl̄e trāſgreſſiōe.Nam in hoc debꝫ ſeruire p̄latus ſubdito.Immo ſi p̄latus p̄cipet ſubdito exire de loco vbi purius rl̄a ſuaꝛ: ac p̄cipet trāſire ad locum vbi forte nō ſeruarenꝛ:vel eſſe ꝑiculū trāſgreſſionis:nō tenereꝛ obedire qꝛ ꝯtra aīam p̄cipet:qꝺ ipſe facere neq̄t:nec ſubditus in hoc obedire deberꝫ.Nam ꝯtra aīam eſt p̄cipe qꝺ eſt in periculum anime.

¶ Quodq; in ſingulis ꝓuincijs deputati ad regimē frm cōuentualiū: de cetero magiſtri ꝓuinciales fratrū ꝯuentualiū (cū ſuis ſigillis) vocari: ⁊ a miniſtris ꝓuincialib⁹ regularis obſuātie in ꝓuincijs (iuxta morē dicti ordinis) reſpectiue ꝓ tpe exiſtētib⁹: cōfirmationem electionū de eis ꝓ tpe factarū: eo modo quo vicarij ꝓuinciales olim de familia nuncupati: a tunc miniſtris ꝓuinciarū frm ꝯuentualiū petere tenebant̃: etiā petere teneant̃.

*De modo ſubiectiōis fratrū cōuentualiū miniſtris obſeruantie.*

¶ Quodq; tā gn̄ales q̄ ꝓuinciales miniſtri pfati: tā an̄ q̄ poſt gn̄alis ⁊ alioꝝ magiſtroꝝ cōfirmationē hmōi: tā de generali ⁊ ꝓuincialibus q̄ alijs fratrib⁹ cōuentualib⁹ hmōi: ⁊ eoꝝ ac aliorū tertij ordinis frm ⁊ ſororū nūcupatoꝝ: q hactenus ſub miniſtro gn̄ali cōuentualiū fuerāt regimine: nullaten⁹ ſe intromittere: aut eos ꝑ ſe vel ſuos cōmiſſarios viſitare ſeu corrigere poſſint: nec aliquā iuriſdictionē ſeu ſupioritatē in ipſos exercere valeāt: preterq̄ cū ipm miniſtrū generalē ꝓ tēpore exiſtētē ad ipſoꝝ fratrū cōuentualiū domos ⁊ loca declinare cōtigerit. Quo caſu ipe miniſter eoſdē frēs cōuentuales paterne viſitare: ipſiq; frēs cōuētuales eūdē miniſtrū gn̄alē (tanq̄ toti⁹ dicti ordinis ſupiorē) oī cū charitate ⁊ dilectione recipe debeant: dū modo idē miniſter gn̄alis: tūc ⁊ ꝓ tpe exiſtēs nihil iudicialiter circa ipſos frēs cōuentuales: ⁊ domos eoꝝ ⁊ loca: ac etiā monaſteria monialium ſub eoꝝ cura degētiū exerceat: niſi eo modo quo miniſter gn̄alis tūc fratrū cōuentualiū: ſup frēs de familia: ⁊ eoꝝ domos ⁊ loca: ⁊ monaſteria monialiū tpe cōuocationis dicti capli gn̄aliſſimi exercebat exercere poſſit.

*Ne miniſtri obſuantie ꝓcurent reformatiōes domoꝝ conuētualiū.*

¶ Et inſup gn̄ali ⁊ ꝓuincialib⁹ miniſtris ꝓ tpe exiſtētibus: ſub excōicationis late ſētētie pena ꝑcipim⁹ ⁊ mādamus: ne directe vel indirecte: etiā fauore dn̄orum tpaliū, ciuitatū ⁊ vniuerſitatū, oppidoꝝ terraꝝ: ⁊ villarū: ac ꝑſonaꝝ eccliaſticarū: etiā platoꝝ quorūcūq;: ſeu eorūdē cardinaliū: ſeu alio q̄ſito colore vel ingenio malicioſe: ꝙ domus ⁊ loca fratrū ꝯuentualiū: ſeu mōaſteria monialiū cure magiſtri gn̄alis cōuētualiū hmōi ſubiecta: ⁊ q̄ hacten⁹ ſub dicto miniſtro gn̄ali fratrū cōuentualiū fuerāt: eis quoquo modo auferant̃: ꝓcurare pſumāt. Et nihilomin⁹ qdqd in cōtrariū attēptatū fuerit: ſit eo ipo irritū ⁊ inane. ¶ Domus aūt ⁊ loca: ac monaſteria monialiū magiſtro gn̄ali fratrū ꝯuentualiū: ea ſubiecta intelligi volum⁹: q̄ aplica vel alia auctoritate miniſtro gn̄ali ante celebrationē dicti capli gn̄aliſſimi ꝓxime in dicta domo de Ara celi celebrati: ſubiecta erāt, ⁊ in quorū poſſeſſione ipe tunc miniſter gn̄a

lis cōuentualiū exiſtebat. preſertim dom⁹ ſeu cōuētus Aſſiſij: ⁊ ſancti ſaluatoris d vrbe: alieq3 q̄3 plures domus: ac multa monaſteria monialiū: q̄ eidē miniſtro gn̄ali tūc immediate ſubiecta erāt. Que oīa ⁊ nūc magiſtro gn̄ali cōuentualiū immediate ſubiecta ꝑpetuo ſint ⁊ eſſe cēſeant: exceptis domibus ⁊ locis: ac monaſterijs monialiū dictoꝝ fratrū reformatoꝝ ꝑ priores lrās nr̄as hmōi nuꝑ vnitis: q̄ gn̄ali ⁊ ꝓuincialib⁹ miniſtris in ſuis prouincijs reſpectiue: in omnibus ſubiecta remanere volumus. ¶ Statuimus etiā ꝙ ſi frēs ↄuētuales qn̄q3 ſe reformare voluerint: reformatio ipa iuxta ꝓuilegia apl̄ica eis ↄceſſa: ꝑ ſuos gn̄alē ⁊ ꝓuinciales magiſtros dūtaxat fieri debeat. Niſi vbi frēs alicuius domus ſeu cōuētus ad verā ⁊ regulare3 obſeruātiā: ⁊ omnimodā gn̄alis ⁊ ꝓuincialiū miniſtroꝝ obedientia3 venire: ⁊ gn̄ali ac alijs miniſtris p̄fatis ſe ſubijcere vellent. Quo caſu: ſi frēs illaꝝ domoꝝ in q̄bus a dece3 vſq3 ad viginti tres in alijs vero domibus in q̄bus numerus a viginti vſq3 ad quencūq3 numeꝝ frū3 eorūde3 ↄuentualiū fuerit: due tātū ꝑtes: ſubiectioni ⁊ ſubmiſſioni hmōi ↄſenſerint: tūc gn̄alis ⁊ alij ꝓuinciales miniſtri ꝑ tp̄e exn̄tes: domos frū ſubiectioni ⁊ ſubmiſſioni hmōi: modo p̄miſſo ↄſentientiū: q̄cūq3 ↄtradictione nō obſtāte: domos frū ↄuentualiu3: ⁊ illarū frēs hmōi: libere ⁊ licite recipe poſſint. Domus vero fratrū cōuentualiū in q̄bus minoꝝ numer⁹ q̄3 denarius fuerit: ēt d omniū fratrū ↄuētualiū earūdē domoꝝ cōſenſu: nullaten⁹ recipe valeāt. S3 ille gn̄alis ⁊ alioꝝ ꝓuincialiū magiſtroꝝ reformatiōi libere dimittant. ¶ Singulis ꝟo frib⁹ cōuētualibus ad gn̄alē ⁊ ꝓuinciales miniſtros trāſiri volētibus: ab eoꝝ ſupiorībus ꝓuspetita l3 nō obtenta licētia: libe3 trāſeūdi licētiā ⁊ facltatē ↄcedimus. ¶ Preterea volumus: ꝙ illi ex fribus cōuentualibus q d cetero vitā reformatā ſub gn̄alis ſeu ꝓuincialiū mgr̄oꝝ cura ducere voluerint: ſub eoꝝ regimine ꝑmanere poſſint: dū mō aliquo ſigno notabili diſtinctiuo diſtinguāt ⁊ diſcernant ab illis q vitā regularē ſub gn̄ali ſeu ꝓuincialibus miniſtris ducūt: ꝑut gn̄alis miniſter ⁊ magr̄ int ſe ↄuenerint. ¶ Bonis p̄factaꝝ domoꝝ reformādarū immobilibus: ⁊ oīibus quoꝝ frēs reformati nō ſūt: nec capaces eē volūt: gn̄ali ⁊ alijs ꝓuicialib⁹ magr̄is ad eoꝝ liberā diſpoſitionē libere remanētibus. ¶ Et ne inter reformatos ⁊ cōuentuales frēs p̄fatos ſuꝑ precedentia diſſenſio ⁊ contentio oriri poſſit: volumus ⁊ etia3 ſtatuimus ꝙ inter eos talis ordo ſeruetur: videlicet ꝙ in proceſſionibus: ⁊ funeralibus: ac exequijs: necnon in oīibus alijs actubus publicis: frēs ↄuentuales fratribus regularis obſuātie locū digniorē relinq̄re teneant. Si tn̄ aliq graduati: ſeu antiq p̄res: aut guardiani domoꝝ cōuentualiū remanere velint cu3 quibuſdam fratribus antiquioribus ſub generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris viuentibus: tūc ⁊ in hoc caſu vt euitet diſſenſio huiuſmodi: ⁊ ꝑfecta vnio cōſeruetur: ſimul incedere: ipſeq3 cōuentuales ſemꝑ eorum crucē ⁊ vexillum ꝑ eos deferri cōſuetum: deferre libere ⁊ licite valeāt. ¶ Poſtremo omnia ⁊ ſingula priuilegia ⁊ indulta dicto ordini tā ꝑ nos q̄3 alios quoſcūq3 romanos pōtifices: hactenus cōceſſa: eiſdē fratribus regularis obſuātie: ac cōuentualibus: in q̄tu3 p̄miſſis nō ſunt ↄtraria: auctoritate ⁊ tenore preſentiu3 inuicē ꝑpetuo cōmūicam⁹ ⁊ ſuffragarij volumus: eaq3 oīa ill̄ d nouo ↄcedimus.

Qualr poſſint reformari dom⁹ fratrū cōuētualium.

Qualr poſſint frēs conuētuales reformari.

Qd in actibus publicis p̄cedant obſeruātes conuentuales.

Cōicatio priuilegiorū reciproca.

¶Quo circa camere aplice gñali auditoꝛi:necnō vniuerſis pr̃iarchis. archi-
epis.epis:⁊ eccliaꝝ p̄latis:ac q̄buſcūqꝫ in dignitate eccliaſtica cōſtitutis pſo-
nis p aplica ſcripta mādamus:quatenus ipſi ⁊ eoꝝ ſinguli:p̄ſentes nr̃as lr̃as
⁊ in eis contēta q̄cūqꝫ:vbi ⁊ qñ opus fuerit:ac quoties ꝑ parte miniſtroꝝ ⁊
magr̃oꝝ aut alicuius ip̄oꝝ ſup hoc req̄ſiti fuerint:ſolēniter publicātes:eiſqꝫ
in p̄miſſis efficacis defenſionis p̄ſidio aſſiſtētes:faciāt eos p̄ſentibus lr̃is:ac
oībus ⁊ ſinglis in eis contētis pacifice frui ⁊ gaudere:nō pmittētes eos de-
ſup inter ſe:ac ēt p quoſcūqꝫ alios:quauis auc̄tate ptāte fungētes q̄ūolibet
indebite moleſtari aut ꝑturbari. Contradictoꝛes p cēſuras eccliaſticas ⁊ alia
iuris remedia:appellatione poſtpoſita cōpeſcēdo:inuocato ēt ad hoc ſi opꝰ
fuerit auxilio brachij ſeclaris. Non obſtātibus q̄buſcūqꝫ lr̃is aplicis ⁊ idul-
tis:ēt ſacri concilij Conſtātieñ. dicte religionis fr̄ibus.familijs:ꝯgregatiōi-
bus.denoīationibus:aut alicui eoꝝ:ſiue illaꝝ auctoꝛibꝰ ⁊ inſtitutoꝛibꝰ ſub
q̄buſuis v̄boꝝ foꝛmis.ſolēnitatibus:⁊ clauſulis foꝛtioꝛibus ⁊ inſolitis cō-
ceſſis:ſeu foꝛſam in futuꝝ concedēdis. Quibus ēt ſi ad illoꝝ derogatiōem
de illis eoꝝūqꝫ totis tenoꝛibus:ſpecialis.ſpecifica.exp̄ſſa.indiuidua:ac de v̄-
bo ad v̄bū:non aūt p clauſulas gñales id impoꝛtātes mētio:ſeu q̄uis alia ex-
p̄ſſio hñda:aut aliqua alia exq̄ſita foꝛma ſuāda eēt:illoꝝ oīm tenoꝛes p̄ſenti-
bus ꝑ ſufficiēter exp̄ſſis ⁊ inſertis hñtes:illis alias in ſuo roboꝛe pmāſuris:
hac vice dūtaxat ſpecialr̄ ⁊ exp̄ſſe derogamus contrarijs q̄buſcūqꝫ. Aut ſi
miſtris:⁊ magr̄is:ac fratribus p̄fatis:vel q̄buſuis alijs cōiter vel diuiſim ab
aplica ſit ſede indultū ꝙ interdici:ſuſpendi:vel excōicari non poſſint p lr̃as
aplicas non faciētes plenā.exp̄ſſam:ac de v̄bo ad v̄bum de indulto hmōi
mētionē. ¶ Ceteꝝ q2 difficile foꝛet p̄ſentes lr̃as ad q̄libꝫ loca vbi opus fue-
rit deferre:volumus ⁊ auc̄tate aplica decernimus:ꝙ trāſumptis pꝛeſentiuꝫ
manu notarij publici ſignatis:⁊ alicuius p̄lati eccliaſtici ſigillo munitis:ea
ꝓrſus fides in iudicio ⁊ extra adhibeat̄:q̄ adhiberet̄ ſi pꝛeſentes oꝛiginales
lr̄e eēnt exhibite vel oſtenſe. ¶ Nulli ergo oīno hoīm liceat:hāc paginā nr̄oꝝ
pꝛecepti.ſtatuti.cōicationis.conceſſionis.mādati.derogationis.volūtatis:
⁊ decreti infringere:vel ei auſu temerario contraire. Si q̄s aūt hoc attēpta-
re pꝛeſumpſerit:indignationē oīpotentis dei:⁊ btōꝝ Petri ⁊ Pauli apl̄oꝝ
eius ſe nouerit incurſuꝝ. Datis Rome apd̄ ſctū Petrū:anno incarnatiōis
dñice Milleſimo q̄ngenteſimo decimo ſeptimo:p̄die Idus Iunij:pontifi-
catus noſtri anno q̄nto.

## ¶ Explicit Bulla concoꝛdie inter fratres minoꝛes obſeruātes et conuentuales.

# ¶ Sequuntur diffinitiones ſeu ſtatuta tabularum caplorum gñalium frm̃ minorum.

¶ Prefatiuncula.

## ¶ Sciẽdũ: q in caplo gñali frm̃ minorum anno dñi. 1532. in feſto Penthecoſtes Tholoſe celebrato: in tabula diffinitionis factum eſt ſequens ſtatutum.

¶ Statuta Barchinonenſia: iuxta ordinationem capli gñalis Parmenſis: mutatis mutandis obſeruentur: oib⁹ alijs ſtatutis reuocatis ꝛ annullatis: demptis tabulis diffinitionũ: in q̃tum p̃fatis ſtatutis nõ ꝯtrariantur.

¶ Igitur qꝛ vix aliqs ſcire poſſꝫ ſtatuta in tabulis diffinitionũ caplorum gñalium ꝯtenta niſi i vnũ redigerent: ac iuxta p̃fata ſtatuta gñalia ponerent: viſuꝫ eſt ope p̃ciũ in fine ſtatutorum hmõi diffinitiões ſeu ſtatuta capitulorũ gñaliuꝫ apponere: aſſignatis caplis ꝛ paragraphis p̃fatorum ſtatutorum gñaliũ i qbus ꝑtinere videntur: ꝓut ſeries inferi⁹ annotata oſtendit.

## ¶ Quo ad primum capituluꝫ de nouiciorum receptione.

### ¶ Pro fine. §. Inhibemus. ꝛc.

¶ Ex tabula. C. G. Barchinonẽſis 1451. celebrati.

ORdinatur: q recipiẽdi ad ordinẽ: ſm euãgeliũ: ꝛ rlaꝫ: ꝛ ſm btiſſimi p̃ris nr̃i vſuꝫ ꝛ praticã: ãte iduitioneꝫ ſe exꝓꝑare debeãt de oib⁹ bonis ſuis: ſi tñ id facere poſſint bono mõ. Moueãt tñ: q ꝑ hãc exꝓꝑationem nõ erit ordo eis obligat⁹: nec ipſi ſe ꝑ ifirmũ ꝓpoſitũ ãte exꝑſſam ꝓfeſſionẽ obligare intẽdãt. Immo de hoc ꝓpt ꝑiculũ ꝓfeſſiõis tacite: cauti⁹ informẽtur: vt. ſ. tñ ꝓbare: ꝛ nullaten⁹ ſe ordini i gñe vel i ſpecie obligare ꝓponãt. Et ſi ãte iduitionẽ ex cauſis neceſſarijs vel rõnabilib⁹ hoc facere nõ poſſent: ſaltẽ ante ſuã ꝓfeſſionẽ ſint exꝓꝑati oĩno. ¶ Nec iformentur ꝑ frẽs hmõi induẽdi vel iã nouicij de breuiarijs ꝛ alijs ꝓ ſe: vel ẽt ꝓ ꝯuentu dãdis: vel emẽdis: ſꝫ dicatur eis ab his q auctoritatẽ hñt eos recipiẽdi: q vadant ꝛ vẽdant oĩa ſua: ꝛ ea ſtudeãt paupib⁹ erogare ſm regulã: ita q de bonis ſuis: vel de ꝯſilio eis dãdo: frẽs nullaten⁹ ſe itromittãt. Et niſi ſua ꝓpa volũtate: ꝛ ſpõte: nõ frm̃ informatiõe: panũ ꝓ ſua p̃ma induitiõe portauerint: ꝯcedãtur eis pani ꝓbationis a fratribus.

De exꝓꝑiatione certo mõ faciẽda.

### Pro fine. §. Inſup ordiam⁹. ¶ Ex tabula. c. g. paleecuele. 1470.

CUꝫ ſm declarationẽ dñi Clemẽtis pape. 5. oĩa ſpectãtia ad formã habit⁹ tã nouitiorum q̃ꝫ ꝓfeſſorum eqpoleãt p̃cepto: ſtatuit vt i oib⁹ ꝓuĩcijs habit⁹ nouitiorum patẽter ſit diſtict⁹ ab hitu ꝓfeſſorum: ita q diſſutura capucij nõ ſufficiat: ſꝫ vel portẽt caparonẽ iuxta rlaꝫ: vel aliã petiã pãni ãte pect⁹ niſi quo ad aliq̃s ꝑſonas notabiles recipiẽtib⁹ aliđ ſꝫ dñ aliqñ videat.

De habitu nouiciorum.

# ¶ Profine.§.Necloquantur.&c.

¶ Ex tabula.C.g.Caſtri randulfi.1478.

Quot nõ in differẽter recipiant nouicij.

Statuitur: ꝙ prouincialis nõ indifferẽter oibus guardianis committant auctoritatẽ recipiendi ad ordinẽ: ſed talibus q idoneos & vtiles ſm rñam & aplicas declarationes: & ordinis inſtituta recipiãt.

¶ Et nõ pmittant nouicij aliqd vſui ſuo reſuare. Quot ſi fecerit: ſuis immediate platis realiter reſignare teneant ſtudeant.

¶ Ex tabula.C.g.Salmãtini.1461.celebrati.

¶ Quo ad recipiẽdos ad ordinẽ: & ad ſacros ordines pmouendos: ſeruent ſtricte ſtatuta nr̃a. Et caueãt diligẽter puinciales & cuſtodes ne indiſtricte ſeu indiſcrete auctoritatem ſuam quo ad hoc guardianis committant. Super quo eorum conſcientias oneramus.

¶ Ex tabula.C.g.Lauallis.1505.celebrati.

Qd nõdũ inſtitutꝰ cõfeſſor ſclarium põt abſolue re nouicios.

¶ Cum aliqs vult indui nobiſcũ: ſeu religionẽ ingredi: & cupit cõfiteri alicui idoneo p ꝯſolatione ſue cõſciẽtie: q tñ nõdũ inſtitutus ẽ ꝯfeſſor ſecularĩũ: ſiue ſit magiſter iuuenũ vel alius: ab eodẽ põt in ꝯfeſſiõe audiri: abſolui & diſpẽſari: qꝛ ex quo mutuus iteruenit ꝯſenſus. ſ. recipientium & recepti: vt quaſi vnus ex nr̃is gaudere indultis.

¶ Item ex tabula pſati.C.g.Lauallis.1505.celebrati.

De putatione tpis pbationis.

¶ Summus pontifex Julius.2.per bullã ſub plumbo declarauit: ꝙ ſiquis apud nos induat: & habitu relicto ad ſeculũ redeat: & poſtmodũ itex reuertat: tempus pcedentis receptionis cum tpe poſterioris p anno pbationis (ſi videat prelatis) valeat computari.

¶ Ex tabula.C.g.Florenciaci.1493.celebrati.

De reformatiõe frm̃ ꝯuẽtualium.

¶ Statuit: ꝙ frẽs nr̃i de clauſtra venientes ad obſeruantiã cum ſuperiorũ ſuor licẽtia reformande vite gr̃a: infra annũ pbationis poſſint expelli: ſi nõ fuerint bone conuerſationis: vel ipſi ad clauſtrã regredi ſi de obſeruãtia nõ contentent: ſicut faciũt alij nouicij ſeculares: niſi de nouo ſe obligauerit pmittendo obedientiam in ingreſſu.

¶ Ex tabula.C.g.Lauallis.1505.celebrati.

De clauſtralibꝰ occultãtibꝰ iſirmitates contagioſas qñ reformant.

¶ Declarat: ꝙ cũ receptus fuerit aliqs clauſtralis vel collectaneus aliqua cõtagioſa ifirmitate pcuſſus: quã ipſe reuelare renuit in eiꝰ receptiõe: lꝫ ab eo p grat de ſua ſanitate: cognita eiꝰ infirmitate: bñ põt expelli ne alios inficiat: cũ nr̃a obſuãtia nõ intẽdat talẽ recipe: & fraus & dolus nulli patrocinari debet. Cõſultius tñ eẽt: ꝙ dũ tales recipient: fieret eis pteſtatio: ꝙ ſi talibꝰ ifirmitatibꝰ teneãt: recipiẽtes nullo pacto eũ recipe intẽdũt. ¶ Si aũt aliqs taliũ clauſtraliũ apd nos recipiat: & poſtea aſpiciẽs retro aut fugeret: nõ eſt regrẽdus: ſed relinquat eius aia in manibꝰ ſuis.

¶ Ex tabula.C.g.Burdegalenſis.1520.celebrati.

De receptione & incorpatiõe ꝯuẽtualium.

¶ Nullus ꝯuentualis recipiat ad obſeruãtiã: niſi ad minus ꝯuerſatio eius & vita p annũ videat. Et tũc ſi caplo placuerit: poſſit incorpari. Quot ſi minus remittat ad ppa. Et incorporãs: careat voce actiua p vnũ annum poſt dictã incorpatiõnẽ: & paſſiua p duos ãnos ad minꝰ. Niſi eẽt aliqs ꝯuentus

ſis cuius receptio eſſet in edificationē: ⁊ ſingulare exemplū. Et hoc ad iudicium miniſtri: cuſtodum: ⁊ diffinitorum.

¶ Ex tabula. C.g. Rothomagenſis. 1516. celebrati.

¶ Frēs grauati ſeu ꝑcuſſi ſecretis: aut publicis īfirmitatib⁹: ⁊ ante ꝓfeſſionē (vt moris eſt) ſuꝑ hoc interrogati ꝟitatē negātes: ꝑ ſtatutoꝝ nr̄oꝝ ⁊ ſctiſſimi pape ſuꝑ hoc facta declaratione: poſſunt expelli.

De occultātib⁹ īfirmitātis doloſe.

## ¶ Quo ad ſecundum capitulū de diuino officio ⁊ orōne.

## ¶ Pro fine. §. de legendo autem. ⁊c.

¶ Ex tabula. C.g. Baſilienſis. 1454.

CUm ꝑncipalis ⁊ quaſi totalis cauſa multaꝝ exorbitationū ⁊ relaxationū ſit defect⁹ ſctē orōnis priuate: ⁊ recollectiōis interne: hortamur ⁊ obſecram⁹ ī dn̄o: vt frēs oēs ī ſinglis ꝓuīcijs ꝑ eoꝝ ſupiores ab exterioribus euagatiōib⁹: ⁊ inutilib⁹ occupationib⁹ cū ſummo ſtudio retrahātur: ⁊ ad interiora q̄tum erit poſſibile: vt de deo: ⁊ de ſpūalib⁹: ac de ſui ſtat⁹ ſubliſſima ꝑfectiōe: cū oī bonitate ſentiāt: ꝟbis ⁊ exēplis diligētiſſime reducanť: vt diuio officio deuote: ⁊ cū multa diligētia pſoluto: tps ēt aliq̄d captentā quo ſpm̄ dn̄i: ⁊ mentē btiſſimi p̄ris nr̄i Frācīſci imbibere valeant: xp̄i vnctione: ⁊ gr̄a ſe eis dulcius infundente.

Q̄d frēs retrahāť ab iteriorib⁹ ad iteriora.

## ¶ Quo ad tertiū capitulū: de obſeruātia paupertatis.

## ¶ Pro principio capituli.

¶ Ex tabula. C.g. Burdegalenſis. 1520.

GUardiani teneanť veſtire frēs ſuos de ſili pān̄o de quo ipſi induūť: ⁊ q̄ de his fiat ꝓuiſio frīb⁹ ſicut ſue ꝑſone: ſi cōmode fieri poſſit: iudicio frīn̄ loci. Et ſuꝑ oīa inuigilēt cure īfirmoꝝ. Et cū humanitate (vt decet) tractēt frēs ſuos: ſpecialr̄ forenſes. Quot ſi ꝯtra fecerint: teneanť miniſtri eos a ſuis officijs deponere.

Q̄d guardiani induant frēs ſuos ſicut ſeipſos.

## ¶ Pro. §. preterea cum regula dicat. Et nullus frater quacunq; ex cauſa.

¶ Ex tabula. C.g. Baſilee. 1454. celebrati.

OMnes frēs noſtri: ⁊ ꝑſertim ſupiores diligēter attendāt differētiam ſcd̄m iura: ⁊ quattuor magiſtros iter denarios ⁊ pecuniā. Que duo in noſtra regula expſſe ꝓhibenť: vt. ſ. nihil recipiant cōtra declarationē dn̄i Nicolai pape. 3. cauſa diſtrahendi vľ vendendi. Et a cōmutatiōibus ⁊ alijs diſtractionib⁹ pīcloſis ⁊ illicitis caueant diligēter. Jccirco nihil recipiāt niſi cui⁹ vſus eſt eis neceſſari⁹: cū ſicut nulla curioſitas in edificijs ⁊ alijs: ita nec vlla ſupfluitas in quocūq; : etiā paruis poſſit ſm̄ declaratiōez dn̄i Clemētis pape. 5. nr̄o ſtatui ꝯuenire. Quo circa nō debēt frēs ꝓcurare ea q̄ apd̄ eos interdū magis abūdant: vt piſcis: ⁊ ſilia ad dandū alijs ꝯuenti-

Q̄d nihil ꝓcureť vel recipiať vt alienetur.

bus ꝛ locis:aut etiā pſonis extra ordinē:a qbus alia:vt oleū ꝛ hmōi in recō penſam:ꝛ.q.in ſolutionē recipiāt vllo modo.

¶ Ex tabula.C.g.Palencuele.1469.celebrati.

¶ Frēs nō pmittāt ſecū ire aliquē ſcl'arem eleemoſynas pecuniarias pcurā tem:nec vllo mō frēs ei aſſiſtant.

¶ Ex tabula.C.g.ſctē Magdalene.1490.celebrati.

De depoſito pecunie:ac ð burſario.

¶ Caueant oēs ꝛ ſinguli frēs:ne eleemoſynas pecuniarias ſine vꝛa neceſſitate deponi pcurēt:ſub piclo ſalutis ppꝛie. Et ne qs ſi cū burſariū ſeu depoſitariū ducat:ſub pena pꝛiuatiōis officioꝝ ordinis:ꝛ actuū legitimoꝝ.

¶ Ex tabula.C.g.Carpenſis.1521.celebrati.

De mō dponendi pecuniam.

¶ Nullus frater deponat ſeu deponi faciat:aut detineri aliquā eleemoſynā vel pecuniā in manu pcuratoꝛis ſine licētia ſui guardiani:ēt p neceſſitate iminēti. Cōtra faciētes:puniant tanq̄ ppꝛietarij.

¶ Ex eadem tabula.C.g.Carpēſis.1521.celebrati.

Qualr ſit deponenda pecunia.

¶ Ad ſuandā puritatē regule:ꝛ ad euitanda ſcandala:ꝛ admiratiōes q̄ pñt dari ſcl'aribus ordinat:q̄ nullus pfeſſoꝛ vel alius frater deponi faciat vel pmittat aliquam eleemoſynam pecuniariam in cōfeſſoꝛijs:vel cellis:aut alijs locis. Sed hmōi cōtribuentes:vel eleemoſynam facere volentes mittantur ad pcuratoꝛes. Cōtrarium autem faciētes:ſint pꝛiuati voce actiua ꝛ paſſiua per tres annos.

¶ Ex tabula C.g. Meclinenſis.1499.celebrati.

De petitione eleemoſyne.

¶ Declarat:q̄ eleemoſyna circa ſpūalem frēm depoſita:pmo deb; expendi anteq̄ alia petat vel recipiat. Et q̄ nullo mō l; fribus exigere eleemoſynas annales ꝛ perpetuas.

¶ Ex tabula p̄dicti.C.g.Meclinenſis.1499.celebrati.

De cōmutatione reruz.

¶ Declarat:q̄ pꝛelati nr̄i p amicos ſpūales pñt cōmutare rem p re:vt putadare duo coꝛia bouina piloſa:vel capꝛina p vno raſo ꝛ parato p calciamētis. Et ſic de ſilibus.

¶ Ex p̄fata tabula.C.g.Meclinēſis.1599.celebrati.

Qualr vēdi ſeu alienari debēt res ordinis.

¶ Itē res vendēde:cōmutāde:aut extra ordinē alienāde:de pſenſu puicialiū tradant amicis ſpūalibꝰ:q auctoꝛitate aplica.ſ.Martini.4.ꝛ.5.ſm bonam pſcientiā cōmutent:vendāt ſeu alienent:ita q̄ p frēs taliū pꝛeciū pecunie nullatenus eſt timetur.

¶ Ex tabula eiuſdē.C.g.Meclinēſis.1499.celebrati.

De hoſpitio frm̄.

¶ Declarat:q̄ licitum eſt fribus hoſpitari i domo relicta ab aliquo defuncto alicui viuenti:hac cōditione vt ibidem hoſpitentur frēs:ꝛ ſibi pūideatur de vtenſilibus.

Ne rōne rerū tpāliū vexent ſcl'areſa fribus.

¶ Ex tabula.C.g.Lauallis.1505.celebrati.

¶ Deponant guardiani:ꝛ pena ppꝛietarij puniātur:q rōne debiti cuiuſcunq;:ſeu alioꝝ bonoꝝ tpaliū fecerint excōicari:ſeu detineri:vl' vexari quoſcūq; ſeculares. Subditi vꝛo q talia pcurauerint:pena ppꝛietarij puniantur:ꝛ de conuentu cōſuſibil'r expellantur.

Qō q̄ſtꝰ pecunie nullatenꝰ fiat.

¶ Ex tabula C.g.Barchinonenſis.1508.celebrati.

¶ Si aliqs guardianus p̄cepit:aut pmiſerit fieri publice queſtū pecunie cū

diſco:aut alio vaſculo:queadmodũ p aliquos fres conuẽtuũ pcuratores in quibuſdã locis factũ eſt:prefat⁹ guardianus ſit ipſofacto ab officio guardianatus ſuſpeſus p tres meſes. Et tũc vicarius domus pſideat. Non tamẽ p hoc excludit viatorib⁹ via poſſibilis ⁊ licita pro victu quotidiano.

¶ Ex tabula. C.ge.rapiſtanij.1511.celebrati.

¶ Declarat:q̃ pres puinciales:cuſtodes:⁊ guardiani poſſint dare intra ⁊ extra ordinẽ aliquas paruas res viles:ſeu parũ valẽtes:intuitu pietatis ⁊ charitatis. Nõ aũt ſubditi:niſi de licẽtia ſuoꝝ prelatoꝝ: videlicet puinciales: cuſtodis:⁊ guardiani expreſſa vel pbabiliter ⁊ iuſte pſumpta. De largitiõe rerũ vilium

¶ Ex tabula prefati. C.g.rapiſtanij.1511. celebrati.

¶ Declaratur:q̃ veſtes nouicioꝝ de qbus ipi ante pfeſſionẽ nõ diſpoſuerũt debent reſtitui ſuis heredib⁹. Et q̃ fres aliter de illis ſe intromittere nõ pñt. De veſtibus nouiciorum.

¶ Ex tabula. C.g.rothomagẽſis.1516.celebrati.

¶ Inhibet caplm generale:ne fres a ſuis puincialibus:aut quõlibet aliter prelatis:ſeu preſidẽtibus vllo modo mittant ad pcurãdũ eleemoſynas ad alias puincias a ſuis:niſi amici ſingłares:aut dñi tẽporales ſuoꝝ terminoꝝ in alias puincias pro tẽpore ſe trãſferãt. Ad quos:⁊ nõ ad alios mittere: et eleemoſynas petere poſſint. Et ſi quis ſecus attẽptare preſumpſerit:omniuꝫ eleemoſynarum pcuratarum priuetur. Ne petãt eleemoſyne extra pprias puincias niſi in certo caſu

¶ Ex tabula. C.g.burdegalenſis.1520.celebrati.

¶ Mandat omnib⁹ fratrib⁹ p ſctãꝫ obediẽtiã:⁊ ſub pena carceris:ne hẽant recurſum ad pecuniã:nec eandẽ apud quãcũqꝫ pſonã retineãt abſqꝫ licentia ſpeciali ſui plati. Quã nulli ꝯcedat niſi in caſu manifeſte neceſſitatis pſentis vel imminẽtis:⁊ in re particulari. Nec poſſint pfati fres niſi a ſuis miniſtris puincialibus abſolui:aut reſtitui:aut ab illis qb⁹ duxerint cõmitẽdũ Quãdo ⁊ q̃liter ſit recurrendũ ad pecuniam.

¶ Ex prefata tabula. C.g.burdegalenſis.1520. celebrati.

¶ Declarat:q̃ fres emi faciẽtes curioſa:ſeu ſupflua ad dandũ quibuſuis pſonis:nõ excuſantur a trãſgreſſione voti paupertatis. De curioſis ⁊ ſuperfluis nõ emendis

¶ Ex tabula prefati. C.g.burdegalenſis.1510.celebrati.

¶ Declarat etiã:q̃ in ſolutionibus faciẽdis ex vino aut blado:alijſqꝫ rebus queſtuatis p fratrũ neceſſitatibus: om̃ia p pcuratores ſedis aplice: ⁊ non p fres exeq debeãt. Et guardiani abũdantes aliqbus rebus:debeãt cõmunicare alijs cõuentibus penuriã patiẽtibus. Et ad hoc cõpellant p miniſtros:niſi de oppoſita volũtate dantiũ cõſtaret. Et guardiani abſcondẽtes res tales: aut ad cõmunicandũ in volũtarios ſe reddẽtes:ab officijs abſoluant. Qd ſolutiones ex q̃ſtuatis reb⁹ fiant p ſindicum. Qd ex ꝯuentibus habundãtibus puideat alijs indigẽtibus.

¶ Ex tabula. C.g.burgenſis.1513.celebrati.

¶ Omnes vinee ex quibus alicubi colligunt fratres vinum pro ſua puiſione ad viuendum:tolantur ⁊ deſtruantur:vel erradicentur. Qd fres nõ hẽant vineã

¶ Ex tabula. C.g.burgenſis.1523.celebrati.

¶ Declarat:q̃ ad ppetua legata petẽda nõ poſſunt fratres recurrere: niſi per modum eleemoſyne:abſqꝫ alicuius debiti alligatione: immo cũ declaratione ſcripta ⁊ ſigillata heredibus vel cõmiſſarijs facienda: q̃ videlicet fratribus non liceat talia petere niſi humiliter per modum eleemoſyne. Qd ppetua legata nõ petant niſi vt hic ponitur.

¶ Ex tabula. C. aſſiſij.1526.celebrati.

Qꝺ nullatenus pmittāt trūci vel capſe ꝑ pecūia recipiēda.

¶ Nō pmittanť in eccleſijs nr̄is trūci ſub quouis palliato colore: nec ꝑ edificādis eccleſijs: ſeu clauſtris: nec ꝑ indulgētijs lucrandis: ſeu ꝑ fratrib⁹ ſuſtētandis: nec ꝑ cōfraternitatū manutenētia: nec ꝑ quolibet alias capſas q̄ in ſacriſtijs ponuntur occaſione ſatiſfactiōis miſſarum omnino interdicim⁹: prout interdictas fore agi decernimus.

¶ Ex tabula prefati. C.g. aſſiſij. 1526. celebrati.

Ne vēdanť aliquaten⁹ q̄ naſcūtur in hortis frūm.

¶ Ordinať: q̄ nullus guardianus vel vicari⁹: aut alius quicūq3 preſidens vēdere pſumat p ſe: vel p ſindicū aut ꝓcuratorē domus: ligna ſeu fenu3: vel alia que naſcunť in hortis: ⁊ huiuſmodi. Nec paſtua: aut hortos ipſos quouis modo locare.

¶ Ex prefata tabula. C.g. aſſiſij. 1526. celebrati.

Qꝺ legata ppetua vt cūq3 facta non recipianť niſi facta ꝓteſtatione iuridica.

¶ Decerniť ac precipiť: q̄ frēs nullo modo recipiāt aliqua legata ppetuo relicta aliquibus pſonis: vel hoſpitalib⁹: vel alijs domib⁹ vt dent fratrib⁹ certam eleemoſynā ſimpliciter vt ipſi dicant certa officia vel miſſas. Immo q̄ guardianus vel preſidēs faciās ꝓteſtationē iuridicā ⁊ autenticā ei q implere teſtatoris voluntatē tenetur: q̄ nollunt illas eleemoſynas ex vi legati: nec volūt obligari nec teneri ad illa officia vel miſſas: ⁊ q̄ ſi voluerint legatarij transferāt ad alium locū. Si tamē facta iſta ꝓteſtatione: legatari⁹ prefat⁹ voluerit ex ſua mera voluntate dare eleemoſynas illas: ⁊ cōmittere fratrib⁹ dicta officia ⁊ miſſas: poſſint fratres bona cōſcientia recipere.

# ¶ Pro. §. diſtribuātur autem libri.

De diſtributiōe ſupfluorū locis indigentibus facienda.

¶ Ex tabula. C.g. baſilienſis. 1454. celebrati.

Eclarať: q̄ ꝓuinciales pſīt libros: calices: ſeu alia quecunq3 ſuperflua in ſuis cōuentibus ſeu locis inuēta: alijs ꝯuentib⁹ ⁊ locis ſuarū ꝓuinciarū indigētib⁹: ꝺ diſcretoꝝ ꝯſilio: ſub ſchedula diſtribuere ſeu commodare. Ita videlicet q̄ ſine ꝓuinciali congregatione nō poſſint ipſi conuētus ſeu loca quibus talia cōceſſa fuerint: ad ea reſtituenda cōpelli.

Ne recipiať aliqd remanente ꝓprietate apud dātem.

¶ Ex tabula. C.g. montis lucij. 1467. celebrati.

¶ Inhibetur ne aliquis procuret alicuius libri vſum: aut alterius rei remanente apud parentes vel amicos proprietate: ſub pena priuationis illius cu3 punitione condigna.

# ¶ Pro. §. ordinat capitulum generale.

Qꝺ canonica portio libera ſoluať.

¶ Ex tabula. C.g. barchinonenſis. 1508. celebrati.

Ecerniť: q̄ canonica portio libere curatis ſoluať: preſerti ſi ab ipſis exigať: ne hac occaſione lites corā quibuſcūq3 iudicib⁹ moueanť. Nō obſtātib⁹ priuilegijs Sixti. 4. ⁊ alexādri. 6. Et firmiter pacta ſeruentur.

¶ Ex tabula. C.g. lugdunēſis. 1518. celebrati.

Qꝺ occaſione canonice portiōis nō moueaťlis.

¶ Ordinatur: q̄ in quarta ſeu canonica portione curatis ſeu alijs prelatis exibenda: fratres ſint ſeduli ob ſeruare bullā moderatiuam priuilegiorū mēdicantium editā ſup hoc in concilio generali nouiſſime rome celebrato: videlicet: q̄ ſtetur cōſuetudini. Caueantq3 diligenter fratres ne ob id litē moueant in quacūq3 curia cum prelatis.

## ¶ Quo ad capitulū quartū: de modo interius conuerſandi. ꝛc.

## ¶ Pro. 5. Item ſtatuimus ꝛ ordinam⁹ ſcʒ de ſtudio litterarum.

¶ Ex tabula. C. g. Carpenſis. 1521. celebrati.

Nullus ꝓmoueatur ad ſtudium logice vel philoſophie niſi ſteterit per trienium in religione. Et in illo trienio ſtudeant ꝛ addiſcant regulaʒ ꝛ declarationes eius: preſertim Nicolai. 3. ꝛ Clemētis. 5. vt intelligāt q̄tum importet ꝓfeſſio ſua. Et q noluerint hmōi ſtudere: intelligere: vel addiſcere: nō ꝓmoueātur ad p̄fata ſtudia. Prelati aūt ꝯtrafacientes: incurrant penā arbitrariā iudicio miniſtri generalis. Qḋ āte triēniū nō ꝓmoueātur frēs ad ſtudium.

## ¶ Pro. 5. Item fratres ſacros ordines.

¶ Ex tabula. C. g. Florenciaci. 1593.

Cum ad ordinē ſacerdotij nō debeat qs aſcēdere faciliter: niſi cui ſuffragetur etas ꝛ morum grauitas: deinceps cum aliquo non diſpenſetur vt ſacerdos efficiatur q vigeſimum q̄ntum etatis ſue annū non dum attigerit. Aut ſi caſus neceſſitatis emerſerit ꝓpter ſacerdotum paucitatem: ſaltem qui diſpenſabit: conſilium quattuor guardianorum ſimul aggregatorum requirat. Qui ſuper diſpenſandi neceſſitatem debeant arbitrari. Quorum conſcientie ſine onerate vt quid erit neceſſariū (penſatis vndiq̄ʒ penſandis) ipſi conſulant. Qḋ ante. 25. ānum nō ꝓmoueatur qs ad ſacerdotiū: niſi ex cā iudicata per 4. guardianos.

¶ Ex tabula. C. g. Carpenſis. 1521. celebrati.

¶ Nullus ꝓmoueatur ad ſacerdotiū ante vigeſimū q̄ntū annū etatis ſue: vt diſponūt ſacri canones. Et non vtantur ꝓuilegio niſi in magna neceſſitate: ꝛ habeat q̄ntū annū completū in religione. Qḋ nō vtāt̄ ꝓuilegio ad diſpēſationē ſacerdotij.

¶ Ex tabula. C. g. Carpenſis. 1521. celebrati.

¶ Fratres clerici non promoueantur ad ſacros ordines niſi prius ſteterint per duos annos in religione: ꝛ ſint competenter litterati. Niſi eſſet aliquis prouecte etatis: doctus ꝛ deuotus: iuxta iudicium miniſtri prouincialis. Qḋ āte bieniū ordis: nō aſcendat qs ad ſacros ordinis.

¶ Ex tabula. C. g. Lavalis. 1505. celebrati.

¶ Ordinatur: q̄ nullus infectus ſeu percuſſus morbo caduco permittatur celebrare: aut predicare: aut confeſſiones ſecularium audire: ſed ſit in humilitate ſua infirmitatem patienter ſuſtinendo. Et hoc propter maxima pericula que inde poſſunt euenire. Qḋ infecti morbo caduco nō celebrēt ꝛc.

¶ Ex tabula. C. g. Montis lucij. 1481. celebrati.

¶ Ut fratres laici in ſua vocatione abſq̄ʒ ambitionis inq̄etudine altiſſimo in humilitatis ſpū ſtudeant reddere famulatū: hortatur generalis congregatio oēs ꝛ ſingulos p̄res ꝓuinciales: cuſtodes ꝛ guardianos vt oēm occaſionē ambiendi clericatū: ſeu ad ſacros ordines aſcendendi: cū omī ſolicitudine ab eis p̄ſcindere conentur. ¶ Si ū̄o inſtigāte ſathana (qḋ abſit) aliqui ad Qḋ rep̄māt̄ frēs laici ne ambiāt ordines ſacros.

clicatū ſeu ad ſacros ordines ꝯtra gñale ſtatutū ꝑmoti fuerint: ſeu impoſterꝫ ꝑmotionē ꝓcurare directe vel indirecte pſūmpſerint: ad vlteriores gradus vel ordines nulla rōne ꝑmoueant̄. Et ſi in officijs plationis: pſidente: vł cōfeſſionis extiterint: ſint ipſo facto puati. Niſi quo ad aliquos iam ꝑmotos: maiori parti omniū vocaliū ꝯgregationis puincialis ꝑ cauſa rōnabili viſum fuerit aliter ſcḋm deum prouidendum.

¶ Ex tabula. C. g. Capiſtani. 1511. celebrati.

¶ Qḋ nullo pacto aſcendāt Laici ad clicatum.

¶ Statuit̄ ꝙ q̄tū ad promotiones laicoꝝ ad clericatū: ſtrictiſſime ſuet̄ ſtatutum gñale: vcꝫ ꝙ nullo pacto aſcēdāt ad clericatū: abſqꝫ ꝯſenſu capli gñalis. Qḋ ſi qs ꝯtra fecerit: aut aliūde auc͞te aplica: ſeu miniſtroꝝ ſuā ꝑmotionē procurauerit: qñ ad nos redierit: recipiat̄ cū onere ⁊ ſine honore: ſic ꝙ teneat̄ ad horas canonicas: ſi ſciuerit eas dicere. Nullo tñ mō ꝑmittatur celebrare: aut alios ordines exercere: ſꝫ ꝑ ſuos ſupiores cogat̄ ſicut ceteri laici ad ſeruitiū frm̄: ⁊ ad opꝰ manuale: ſub penis ꝯtētis in ſtatutis gñalibꝰ. Et nulli laico ꝯcedant̄ libri in Latino: demptis illis q ſciuerint horas btē v̄ginis: offm̄ mortuoꝝ: ⁊ ſeptem p̄s. qbus hmōi hore: ſeu ſeptem p̄s. ſi videat̄ poterunt ꝯcedi. Et nullus eoꝝ ſtudeat: nullusqꝫ eos docere audeat lr̄as. Contra facientes: tam ſtudentes q̄ȝ docentes: grauiter puniant̄ ad arbitriū prelatoꝝ: ſeu guardianorum.

¶ Ex tabula. C. g. Lugdunenſis. 1518. celebrati.

Qḋ frēs Laici ꝑmoti: redicāt̄ ad merū ſtatuꝫ laicalem.

¶ Quādocūqꝫ aliqs frater Laicus ad clicatū aſcēderit: ēt ſi vſqꝫ ad ſacerdotiū: poſtq̄ȝ reuerſus fuerit: omi honore clicali puetur: nec ꝑmittat̄ canonicuꝫ pſoluere offm̄: ſꝫ Laicoꝝ offm̄ pſoluens: ad merū ſtatū ſuū laicalē reducatur. Et hoc vigore certi induiti ad ſanctiſſimo dn̄o papa nouiſſime ordini conceſſo. Et renouatur ſtatutū ne frēs laici ad clicatuꝫ aſcendant ſine conſenſu generalis miniſtri: ſeu capli generalis.

¶ Ex tabula. C. g. Carpenſis. 1521.

Qḋ omi honore puetur frēs laici ꝑmoti.

¶ Quandocunqꝫ aliqs frater Laicus ad clicatū aſcenderit: etiā ſi vſqꝫ ad ſacerdotium: poſtq̄ȝ reuerſus fuerit: omni honore clicali puet̄. Nec ꝑmittatur canonicū pſoluere offm̄: ſꝫ laicoꝝ offm̄ pſoluēs: ad merū ſtatū ſuū laicalem reducat̄. Et hoc vigore certi indulti a ſanctiſſimo dn̄o Leone papa. x. nouiſſime ordini ꝯceſſo. ¶ Et renouat̄ ſtatutū ne frēs laici ad clicatū aſcēdant ſine ꝯſenſu gñalis miniſtri: ſeu capli gñalis.

## ¶ Pro fine pfati capituli.

¶ Ex tabula. C. g. Montis lucij. 1467.

Ne aliq̄ noua doctrina publicet̄ āte q̄ȝ approbet̄

Prohibet̄: ne vllus frater cuiuſcūqꝫ auctoritatis vel gradus extiterit: audeat ad doctrinam ab eo vel alio de nouo confectam: publicare ſeu cōicare quibuſcunqꝫ ſiue intra ſiue extra ordinē quouſqꝫ fuerit per caplm gñale vel puinciale examinata: ⁊ approbata.

¶ Ex tabula. C. g. Caſtri randulphi. 1478. celebrati.

Qḋ mlieres nō ingrediātur interiora ꝯuentuum.

¶ Ut caſtitas decori libare ſeruetur: mlieres ad interiores fratrum officinas non admittantur: niſi vbi abſqꝫ ſcandalo (iudicio diſcretorum) ingreſſus negari non poſſet.

¶Ex tabula. C.g. Carpenſis.1521.celebrati.

¶Nullus frater audeat recipe ab aliqua pſona ſeculari: vel extranee religionis depoſitũ aliqđ: ſiue ſint pecunie: ſiue aliqđ aliud ad cuſtodiẽdũ: niſi ex aſſenſu miniſtri ꝓuincialis: aut guardiani cũ conſilio diſcretoꝝ: ſub pena ꝓuationis oĩm actuum legitimoꝝ.

Qđ nullũ đpoſitũ reci-piat ſine licẽtia plati.

## ¶Quo ad capitulum quintum: de modo exterius conuerſandi.

## ¶Pro.§. Tollatur quoqꝫ abuſus aſinandi.ꝛc.

¶Ex tabula. C.g. Burdegaleñ.1520.celebrati.

Nullus ꝓuinciali miniſtro inferioꝛ: ſub pẽa ꝓuatiõis actuũ legitimoꝝ audeat eqtare: niſi ꝓus manifeſtet neceſſitatem ſuam vel miniſtro: vł guardiano vna cum diſcretis. Quot ſi fuerit guardianus: eam miniſtro: vel diſcretis manifeſtet. Cui nullatenus licentiam concedant niſi manifeſtam viderint neceſſitatẽ: ſub pena pꝛefata: a qua releuari non poſſint niſi ꝑ miniſtrũ gñalẽ: vel a caplo ꝓuinciali. Et pfata licentia ꝓ non conceſſa habeatur: niſi in ſcriptis oſtendatur.

Qđ nullꝰ ſi eqtet niſi examinata ſua neceſſitate.

¶Ex tabula. C.g. Carpenſis.1521.celebrati.

¶Nullus frater poſſit eqtare ſine licentia ꝛ aſſenſu guardiani ꝛ diſcretoꝝ loci: q habeant iudicare de neceſſitate equitandi: ſub pena priuationis vocis actiue ꝛ paſſiue. Siliter guardiani ſub eadem pena non poſſint eqtare niſi cum conſenſu diſcretorum.

De pena eqtantiũ ſine licẽtia debita.

## ¶Pro.§. miniſtri ꝓuinciales vel cuſtodes curam habentes monialium.ꝛc.

¶Ex tabula. C.g. Caſtri radulphi.1488. celebrati.

Sorores tria vota religionis publice emittentes: ꝛ in cõi more religioſoꝝ viuentes: taliꝛ includant: q viris qbuſcunqꝫ ad officinas iteriores eaꝝ accedendi facultas nõ pateat abſqꝫ canonica ꝛ rõnabili cauſa per ꝓuincialem iudicanda. Fr̃es vero quouis queſito colore ad dictas ſorores contra pꝛeſcriptam formam ſcienter non accedant: ſub pena priuationis actuum legitimorum.

Ne pmittat qs igredi officinas qrũcũqꝫ monialiũ vel ſoroꝝ

¶Ex tabula. C.g. Meclinenſis.1499.celebrati.

¶Pro pace ſeruãda: ac ſcãdalis pcauendis: ſuſpectionibuſqꝫ tollendis inter ſorores ordinis ſancte clare: caueatur ne ipſe ſorores: ẽt ꝓuincialibus lr̃as trãſmittãt: aut ſcribãt niſi prius hmõi lr̃e ꝑ abbatiſſam viſe ac lecte fuerint: iuxta tenorem regle earundem.

Qđ moniales nulli ſcribãt niſi ꝓus lr̃as viderit abbatiſſa.

¶Ex tabula. C.g. Lauallis.1505.celebrati.

¶Declaratur: q fr̃es nr̃i nõ pñt nec debent intrare interiores officinas quarumlibꝫ monialium: ꝛ lr̃a pꝛohibente: niſi in extreme neceſſitatis articlo: vtꝫ ſi aliqua monialis moꝛeretur: ꝛ alius confeſſoꝛ pro ea audienda faciliter non poſſet inueniri.

Qđ niſi i extrema nccitate pñt fr̃es ingredi monaſteria mo.

Quod ſemel aut bis ĩ monialibus cõfeſſor extraordinarius.

¶ Ex tabula. C.g. Rapiſtanij. 1511. celebrati.

¶ Ordinatur: ꝙ ꝓuinciales ⁊ cuſtodes teneãtur monialibus in ſuis ꝓuincijs ⁊ cuſtodijs degentibus ſemel vel bis in anno aliũ confeſſorẽ virũ prouidum ⁊ honeſtum ex ſubditis ſuis aſſignare: cui ipſe moniales poſſint ⁊ teneantur vnam confeſſionẽ ordinariam facere: ⁊ confiteri ⁊ abſolui.

Qđ tertiarie in particulari viuẽtes recipiant niſi ĩ cap. ꝓuĩciali

¶ Ex tabula. C.g. antuerpie. 1514. celebrati.

¶ Declarat ⁊ vult capĩm generale: ꝙ nec guardiani nec ꝓuinciales poſſint recipere aliquas mulieres habitũ mutãtes: aut tria vota emittẽtes: ⁊ in communi non viuentes: ad tertium ordinem beatiſſime patris noſtri Franciſci: ſine conſilio ⁊ aſſenſu capituli prouincialis.

Qđ guardiani nõ habẽt auctoritatem ſuꝑ moniales.

¶ Ex tabula prefati. C.g. antuerpie. 1514. celebrati.

¶ Declarat etiã idẽ capi. gñale ꝙ null⁹ guardian⁹ hẽt auctoritatẽ aliquã aut iuriſdictionẽ ſuꝑ quaſcũq; tertiarias: niſi q̃tuꝫ ſibi dãt gñales ⁊ ꝓuĩciales.

¶ Ex tabula. C.g. Rothomagenſis. 1516. celebrati.

Qđ guardiani nõ ſe itromittãt đ monialibus.

¶ Ordinat denuo totũ capitu. gñale ꝙ guardiani ꝯuẽtuũ cuiuſcũq; ꝓuĩtie: nullo mõ ſe intromittãt in regimine monialiũ ſeu tertiariaꝝ ſine ſpãli cõmiſſiõe. Sꝫ ꝓuĩciales q̃ ad illas ⁊ earũ ꝯfeſſores: diligẽter ⁊ in pace ſua exerceant officia.

¶ Ex tabula prefati. C.g. rothomagenſis. 1516. celebrati.

Qđ cõfeſſores nõ intrẽt clauſuraꝫ niſi ꝓ adminiſtratione ſacramentorũ.

¶ Confeſſores etiã hmõi monialiũ ⁊ tertiariarũ incluſarũ nullo mõ illaruꝫ clauſurã de cetero intrare ꝑſumãt: niſi ſolũ ꝓ ſacramẽtoꝝ adminiſtratiõe oĩ etiã alia ſecluſa occaſiõe. Et iidẽ cõfeſſores nullo tp̃e in huiuſcemodi clauſura intrare attẽtet ſine ſuis ſocijs vel ſocio illoꝝ a ꝓuincialibus aſſignatis.

¶ Ex tabula C.g. lugdunenſis. 1518. celebrati.

Qđ taxetur numer⁹ monialiũ in q̃libet cõuentu.

¶ In omnib⁹ monaſterijs monialiũ ſeu ſoroꝝ cure gñalis ſeu ꝓuincialium cõmiſſarum taxetur certus numerus monialium: vltra quẽ nullã recipere poſſint. Fiat autẽ taxa iuxta abbatiſſã ⁊ diſcretarũ ꝯſiliũ ꝑ gñalem miniſtrũ. Et hoc intelligatur de habentibus redditus niſi in caſu multum neceſſario arbitrio miniſtri ⁊ abbatiſſe.

¶ Ex tabula predicti. C.g. Lugdunenſis. 1518. celebrati.

Qđ moniales nõ habeãt viſitatores ab eis electoſ

¶ Moniales ſcẽ Clare tã de ꝑma q̃ꝫ de ſecũda regula: q̃ vrbaniſte appellãt q̃ꝫ quecũq; alie religioſe q̃ ꝑ frẽs nr̃i ordinis regunt nullus habeãt viſitatores ab ipis electos: ſꝫ a miniſtris ꝓuincialib⁹ in ſuis ꝓuincijs reſpectiue cuꝫ ſuis capitulis ꝓuincialibus viſitatores ⁊ confeſſores dictis monialibus aſſignẽtur. Qui quidẽ viſitatores ⁊ confeſſores: ſuis miniſtris ꝓuincialibus ſubijciantur. Et cauſis legitimis exigẽtibus: a ꝓuinciali ⁊ aliquibus diſcretis: etiã extra tẽpus capituli iudicari poſſint ⁊ ab officijs predictis abſolui. Debeantq; ipſi viſitatores ⁊ ꝯfeſſores ac alij fratres dictis monialibus ſeruiẽtes: prelatis ordinis ſicut ceteri fratres per omnia ſubiicit.

Qđ miniſtri ⁊ confeſſores nõ itrẽt clauſurã niſi in manifeſta neceſſitate.

¶ Ex tabula. C.g. Burdegalẽſis. 1520. celebrati.

¶ Ad euitãdas aplicas cẽſuras: inhibit tã miñris ꝓuincialib⁹ q̃ꝫ ꝯfeſſorib⁹ ne ingrediant clauſurã monialiũ: niſi in articulo manifeſte neceſſitatis ꝑ abbatiſſam ⁊ diſcretas iudicãde. Qđ ſi ꝑfate abbatiſſa ⁊ moniales abſq; ꝑfata neceſſitate ſic iudicata: aliquã ꝑſonã introduxerint: ꝑfatis ſubiaceãt aplicis cenſuris. ¶ Oĩb⁹ vero frĩb⁹ cuiuſcũq; ꝯditionis exiſtãt ſub legitimoꝝ actuũ

ꝓuſtiõis pena:firmiť inhibeť:ne cū aliqua nec cū moniali colloquiū hēant: niſi pro qualibet vice ſpālem licentiā a miſtro ꝓuīciali:ꝛ in ſcriptis hēant.

¶Ex tabula p̄fati. C.g.burdegalenſis.1520.celebrati.

¶In electione abbatiſſe ſemp inteꝛſit miniſter ꝓuincialis cū vno pr̄e q vide at ꝛ audiat qualiter moniales vota aliarū recipiētes:fideliter ſe habeāt. Qui quidē ꝓuinciales nullā ſecularē recipiendam in capitulo ꝓponāt: niſi hito prius ꝯſenſu abbatiſſe:ac maioꝛis partis diſcretarū monaſterij. ¶Nec ꝓuin cialis:aut aliquis alius monaſteriū ingrediať:niſi duobus aut trib⁹ ꝓbatis patribus tm̄ aſſociatus. Quoꝝ tertius poſſet eſſe ſocius ꝓuincialis. Qđ miniſter īterſit electioni abbatiſſe cum alio pr̄e

¶Ex tabula. C g.carpenſis.1521.celebrati.

¶Quia vero ſoꝛoꝝ religioſarū tā cōſolationē quam qetem ꝓcurare cupim⁹ idcirco circa earū regimē viſitationē ſeu electionē p̄ſertim eaꝝ que regulari obſeruantia fulgēt nihil inouare decreuim⁹ ſed in ſuis antiquis laudabilib⁹ cōſuetudinib⁹ ꝛ inſtitutis manuteneanť niſi ſpecialis prouiſio pro aliqb⁹ prouincijs particulariter oꝛdinetur. Qđ moniales i ſuis antiquis cōſuetudinib⁹ manuteneantur

¶Ex tabula. C.g. Burgenſis.1523.celebrati.

¶Omnes abbatiſſe hiſpaniarū elapſo earū officij triēnio teneanť officia ſua reſignare in manibus ſui p̄lati ꝛ viſitatoꝛis. Quo facto:libere detur electio abbatiſſe cōmunitati. Poterunt tamen reeligi. In illis tamen monſterijs in quibus infra triēnium non fuit facta noua electio:ſeruetur: et in vigoꝛe pſiſtat iſta oꝛdinatio. Qđ abbatiſſe finito triēnio renūciēt officium.

¶Ex tabula p̄fati. C.g. Burgēſis.1523. celebrati.

¶Declaratur:ꝙ cōfeſſoꝛes mõialiū nõ habēt aliquā auctoꝛitatē erga moniales in foꝛo exterioꝛi:ſed ſolū in foꝛo conſcientie ꝛ interioꝛi: De auctoꝛitate cōfeſſoꝛꝫ monialium.

¶Ex tabula. C.g. Aſſiſij.1526.celebrati.

¶Statuiť ꝙ miniſter ꝓuincialis poſſit compellere moniales ꝛ ſoꝛoꝛes tertij oꝛdinis ad cōpromiſſionē faciendā quotieſcūqꝫ fuerit aliqualis inť monaſteria ipſarū adinuicē: vel inter ipſas ꝛ alias moniales:aut cū fratrib⁹. Qđ ſi aliqua predictarū appellauerit:vel non conſenſerit:ſiquidē p̄laturam habuerit:priuetur officio. Qđ ſi fuerit ſubdita monialis:priuetur velo. Si aūt tertij oꝛdinis:ſcapulario priuetur quouſqꝫ conſentiat. Qđ ꝓuincialis poſſit cōpellere mõiales ad cōpꝛomittendū lites.

¶Ex tabula p̄fati. C.g. Aſſiſij.1526.celebrati.

¶Oꝛdinatur ꝛ mādať auctoꝛitate apoſtolica in hoc cap̄. publicata: ꝙ nõ ſit deinceps aliqs cōmiſſari⁹ vel viſitatoꝛ monialiū:ſed omēs moniales ſint immediate ſub obedientia ꝓuincialiū aut cuſtodū: vbi cuſtodes habenť. Qđ ꝓuinciales ſolūꝫ ſint viſitatoꝛes monia.

¶Ex tabula. C.g. Tholoſani.1532.celebrati.

¶Cū oꝛdo nr̄ multa ſuſtineat grauamina:magnaſqꝫ hēat occupatiões in p̄iudiciū ſpūalis ꝓfect⁹ ꝑꝑ regimē monialiū ꝛ ſoꝛoꝝ:ſtatuit vniuerſū capi. ꝙ hmõi moniales ꝛ ſoꝛoꝛes ſub nr̄a cura exn̄tes diligēter regaṅť ꝛ dirigantur in via dei ꝛ in ſemitis ſuaꝝ ꝓfeſſionū. Sꝫ de cetero nullo mõ aliqd mõaſteriū quarūcūqꝫ monialiū ꝛ ſoꝛoꝝ accepteť niſi đ ꝯſenſu cap̄.gn̄alis:ſub pena carceris. Nec ꝯuētus nr̄i oꝛdis quouis mõ illis tradāť. Et ſi aliq abbatiſſa. mať monialis:aut ſoꝛoꝛ ꝓ noui monaſterij acceptatione ſine gn̄alis capi. conſenſu laboꝛare inuēta fuerit:carceri mācipeť:nõ liberanda niſi ꝑ capi. gn̄ale.

¶Ex tabula ꝑfati.C.g.tholoſani.1532.celebrati.

¶Arceant ſtrictiſſime frm̃ acceſſus ad monialiũ ⁊ ſoror loca. Et nullo mõ cũ eiſdẽ loq poſſint:niſi a miſtro ꝓuiciali liniam in ſcriptis hẽant. Et tñ hoſpitij ⁊ celebratiõis gr̃a ad hmõi loca accedere:vbi frm̃ cõuentus non ſunt. ¶Etiã diſtrictiſſime ꝯfeſſoribus quarũcũqz monialiũ ⁊ ſoror ꝑcipitur ſub pena ꝓuationis officij ⁊ actuũ legitimor ipo facto incurrẽda:ne aliquo mõ de tpalibus bonis earũdẽ:⁊ cauſis ſecularibus ⁊ litigioſis ſe itromittãt. Sz talia cũ neceſſe fuerit ꝑ ſeculares:⁊ nõ ꝑ frẽs fiant. ¶In ꝑdicatiõe ꝟo verbi dei:⁊ ſacror adminiſtratiõe:ac alijs q̃ ſpũalẽ ꝓfectũ ꝯcernũt:oẽz adhibeant curã ⁊ diligẽtiã. ¶Et nullo mõ ſub eadẽ pena ꝑdicta ipſa monaſteria ingredi poſſint quacũqz ex cauſa ꝯfeſſores ꝑfati:niſi ꝓ ſacramentis adminiſtrandis. Si ꝟo aliqua in ipſis monaſterijs fuerint agenda:ꝑ ſclares fiãt:⁊ nullo mõ ꝑ confeſſores:aut ſocios eorundem.

## ¶Pro.5. Item ordinamus q fratres ſuas prouincias exeuntes.⁊c.

¶Ex tabula.C.g.Montis lucij.1467.celebrati.

Qd miſtri nõ licentient frẽs ad alias ꝓuincias.

Nullus ꝓuincialis ẽt ſi fuerit commiſſarius gñalis:niſi in ſua cõmiſſione fuerit ei expſſe ⁊ ſpecialr cõmiſſum:poſſit licentiare frẽs ſuos ad eũdũ extra ꝓuinciã ſuã ad manẽdũ. Nec recipe aliquẽ venientez de aliena ꝓuincia abſqz licentia gñalis.

¶Ex eadẽ tabula.C.g.Montis lucij.1467.celebrati.

Ne frẽs mittant ſoli.

¶Frẽs nõ mittãtur ſoli ſm rl'az ⁊ ꝯſtitutiões. Caueãtqz ſp a mutua ſeq̃ſtratione. Et guardiani mittẽtes eos:ꝓuentur ab officio ꝑ ꝓuincialem.

¶Ex ꝑfata tabula.C.g.mõtis lucij.1467.celebrati

Qd frẽs nõ vadãt extra ſuas ꝓuinciaſ niſi i caſu.

¶Ad diſcurſ⁹ frm̃ euitãdos:⁊ ad pacẽ mutuo ꝯſuãdã ordinat:q ꝓ q̃ſtis fiendis null⁹ vadat extra ꝓuinciã ſuã:niſi i caſu in quo aliqs ꝯuẽt⁹ foret cõſtitut⁹ i ꝯfinio alteri⁹ ꝓuincie. Tũc.n.frẽs illi⁹ ꝯuẽtus pñt facere q̃ſtã in terminis aſſuetis ꝑfati ꝯuẽtus. ¶Nec aliqs ꝑdicet i aliena ꝓuincia vl cuſtodia contra volũtatẽ illius ꝓuincie vl' cuſtodie:niſi ꝯtigerit ipz ibidẽ tranſitũ facere ad peragendũ viam ſuam.

¶Ex tabula.C.g.caſtri radulphi..1478.celebrati.

Qualr frẽs q̃ ſuãtes ſe d beãt hr̃e vbi ſunt ꝯuẽtus ordinis.

¶Frẽs rõne nũdinar:vel alia cauſa ad loca vbi nr̃i ordinis monaſteria habent declinantes:anteq̃z aliqua ꝓcurent vel exequant:ꝑlatis hmõi ſe repſentent. A qbus recipiantur ⁊ ꝓcurentur:vnumqz ex fratribus dicti loci aſſocient:ſi ſcdm deum iudicauerint opus eſſe. Et in illo loco extra conuentum abſqz licentia prelati non comedant:vel bibant:aut dormiant. Et caueant a queſtibus inboneſtis:curioſis ⁊ ſuperfluis:⁊ nimis precioſis:⁊ ab indecẽti procuratione.

¶Ex tabula.C.g.Burgenſis.1484.celebrati.

Qd nõ licencient frẽs ad pegriatiões.

¶Ordinatur q ad euitandum diſcurſus:⁊ tollendam materiam euagationis:nullus ꝓuincialis poſſit licentiare frẽs commiſſos ſue cure ad viſitandum terrã ſanctã:beatã mariã de angelis:btm̃ Jacobũ in cõpoſtella:abſqz capli prouincialis aſſenſu.

¶Ex tabula. C.g. meclinenſis.1499.celebrati.

¶Ordinat̃: q̃ ꝓuinciales: cuſtodes: ⁊ guardiani nõ dent fratribus licentiam eundi extra ꝓuĩtiã ſuam. Sed ſi qui tales extiterint q̃ nõ poſſit ꝑternitas eorum reprimi: in domo diſcipline grauiter conſtringantur.

Q̃ď repĩmãt volentes ire extra ſuã ꝓuinciam.

¶Ex tabula prefati. C.g. meclinenſis.1499.celebrati.

¶Declarat̃: q̃ fratres obſeruãtie nõ pñt ſalua conſcientia: etiã q̃tũcunq̃ʒ diſcoli fuerint licentiari vt cõuentualibꝰ ſe ſubijciant: etiã ſi in obſeruãtia ſtare noluerint. Sed a ſuis inſolẽtijs coherceant̃ penis debitis: etiã vſq̃ʒ ad carceris. ¶Profeſſi aũt ſub cõuẽtualibꝰ: ⁊ poſtea nobis adiũcti: cũ a ſuis inſolentijs reſipiſcere noluerint: ⁊ licentiã poſtulauerint: licentiari poſſunt: dũmodo in obſeruantia ſub conuẽtualibus ſtare voluerint. Alias non.

Q̃ď frẽs obſeruantie nequeũt licentiari ad conuẽtualis.

¶Ex prefata tabula. C.g. burdegalenſis.1520.celebrati.

¶Nullus miniſter nec cõmiſſarius gñalis mittat frẽʒ aliquẽ ad ptes hieroſolimitanas: niſi ſup hoc habuerit a reuerẽdiſſimo p̃re miniſtro gñali licentiã ſpecialẽ. Similit̃ nõ mittãt: frẽs ad curiã romanã: niſi ex manifeſta neceſſitate. Et hoc de cõſilio patrũ: cũ locus ille ſit valde grauatus.

Q̃ď ſolꝰ miniſter generalis poſſit mittere hierl'm.

¶Ex predicta tabula. C.g. burdegalenſis.1520. celebrati.

¶Ordinatur: q̃ nullus frẽm curia cuiuſcunq̃ʒ regis: ꝑ quocũq̃ʒ negotio cõparcat: niſi prius guardiani loci propinquioris hitationi regis ſe ſuaq̃ʒ negocia oſtẽdat. Cui guardianꝰ p̃fatus ſociũ aſſignare debet: nec cũ ꝓprio ſocio mittat. Siq̃s aũt appellationẽ fecerit: actibus legitimis ſit priuatꝰ. Et dep̃henſus: diſciplinet̃ a guardiano: ⁊ oibus rebus in dicta curia q̃ſitis ſpoliet̃.

De cũtibus ad curias regnũ qualiter ſe hr̃e debent

¶Ex tabula. C.g. burgẽſis.1523.celebrati.

¶Fratres pro ſuis exceſſibus aut demeritis: aut alias per ſuperiorũ ſuorũ ſententias de ſuis ꝓuincijs expulſi ⁊ religati: durante hmõi relegationis ⁊ ſententie tẽpore: neq̃ʒ tanq̃ʒ habitatores: neq̃ʒ tanq̃ʒ hoſpites: aut alio modo ad ꝓuinciam reuertant̃ vnde relegati ⁊ dimiſſi fuerint.

Q̃ď relegati nequeũt ingredi ſuã ꝓuinciã etiaʒ vt hoſpitis.

¶Ex tabula prefata. C.g. burgenſis.1523.celebrati.

¶Reuocat̃ ſtatutũ capi. gñalis carpẽſis: q̃ frẽs ibant ad libitũ ſuũ ad gñaleʒ miniſtrũ: vel ad eius cõmiſſariũ. Et declarat̃: q̃ recurſus ad miſtros ꝫ regulã intelligit̃: q̃ñ frat̃ declarabit p̃ri guardiano ⁊ diſcretis conuentus neceſſitatẽ ſuã: ⁊ guardianꝰ ⁊ diſcreti ꝓdicti iudicent fratres petitioneʒ eẽ rõnabilẽ.

Q̃ď recurſꝰ ad miniſtros debꝫ eſſe q̃ñ guardianus ⁊ diſcreti iudicauerit.

¶Ex tabula. C.g. aſſiſij.1526.celebrati.

¶Ordinat̃: q̃ nullus frater poſſit exire extra ſuum cõuentũ vel prouinciam: etiam pretextu recurſus ad prelatum ſupiorẽ ſine licentia guardiani q̃ñ exit locum: vel prouincialis miniſtris quando exit prouinciam.

De mõ exeũdi prouĩtiaʒ vel ꝯuentuſ.

¶Ex tabula. C.g. aſſiſij.1526.ccelebrati.

¶Probibet capitulum generale omnibus fratribus cuiuſcunq̃ʒ cõditionis exiſtantibus: ne eſtiualia: vel calceos integros portent. Calceos tamen huiuſmodi iuxta regulam fratres neceſſitati ⁊ infirmi poterunt calceare: neceſſitate tamẽ huiuſmodi prius a ſuperiore examinata.

De calceis ⁊ ſtiualibus nõ portandis.

¶Ex prefata tabula. C.g. aſſiſij.1526.celebrati.

¶Declaratur ex auctoritate apoſtolica q̃ miniſtri prouinciales de conſenſu aliquorum patrum prouincie poſſint licentiare fratres vt tranſeant ad con-

Qualr̃ poſſint licẽtiari

frēs obs. ad ꝯuētuales. uentuales. Licentiati aūt ad obſeruantiā amplius nō admittant. Et idem ſtatutū dictum cenſeatur de illis q auctoritate aplica dimiſerunt habitum: vel tranſierūt ad conuentuales.

¶ Ex tabula. C. g. Parmenſis. 1529. celebrati.

Ad idē qd̄ ſ. ¶ Nullus frater licentiet ad frēs ꝯuētuales ſine lnia capli ꝓuicialis. Et ꝑus doceat de lr̄is ꝙ magr̄ ꝯuētualiū ſit paratus illum recipere.

## ¶ Pro. 5. Item ſtatuimus ⁊ ordinamꝰ et. ſ. de apoſtatis.

¶ Ex tabula. C. g. Salmantini. 1461. celebrati.

Qualr̄ fugitiui puniāt: ⁊ eos ꝯtinentes. Ordinatur: ꝙ qcunqꝫ ꝓuincialis: cuſtos vl̄ guardianus aliquē frēm fugitiuū alterius ꝓuincie recepit: abſoluat eū ꝑmo cū vna diſciplina ſolēni: ⁊ remittat eū ad ſuū ꝑlatū a quo fugerat. ¶ Si ꝟo aliqs talem fugitiuū recepit (qd̄ abſit) ipſo facto ſit ꝑuatus officio: nec reſtituat ſine gñalis licentia ſpeciali.

¶ Ex tabula. C. g. Montis lucij. 1467. celebrati.

Pene infli cte apoſtatis et poſtq̄ reddiderint. ¶ Ad ꝑcludendū viā apoſtatis ordinat: ꝙ qcunqꝫ frater clericus a familia apoſtatauerit: ſi ꝯtigat eū reddere: ⁊ recipi: maneat ſuſpēſus ab officio ꝑlationis: ꝑdicatiōis: ⁊ ꝯfeſſiōis ſclariū vſqꝫ ad bieniū. Si ꝟo laicꝰ apoſtatauerit: ⁊ extra familiā ordines ſuſcepit: ſi ꝯtingat ipm denuo in familia nr̄a recipi: maneat ſuſpēſus ab executiōe ordinū: ⁊ ab oī ꝓmotione ad officia oī mode quouſqꝫ ꝑ capl̄m gñale fuerit determinatum.

¶ Ex tabula. C. g. Barchinonenſis. 1508. celebrati.

uerit:vel alia cauſa neceſſaria id expoſcat. Qḋ rariſſime fiat: ꝛ ſemꝑ de licentia abbatiſſe. Que tñ in nullo caſu (ꝑmiſ duob⁹ dūtaxat exceptis) licētiā largiat: niſi ꝑus ſinglis vicib⁹ de hoc ꝯſiliū petierit a ꝯuētu. Cui crati pān⁹ lineus niger interi⁹ talr̄ apponat: vt nulla valeat inde aliqd intueri. Habeāt etiā oſtia lignea ex parte ſoroꝝ cū ſeris ferreis atqꝫ claue: vt maneāt ſꝑ clauſa pariť ꝛ firmata. ¶ Et nō apiat niſi cū diuinū celebrat offm̄: niſi qñ ex dictis cauſis: ꝓfato mō: dictū oſtiolū ꝯtigerit apiri. ¶ Et nemo ali⁹ ꝑ ꝓdictā cratē loquať: niſi aliqñ rōnabili cauſa vł neceſſaria exigēte: alicui de abbatiſſe licētia: raro fuerit ꝯcedēdū. Et tūc ꝓdicta oſtia lignea poterūt apire. ¶ Et qñcūqꝫ aliquā pſonā extraneā ad eas ingredi: vel alias ꝑ crates eis loq ꝯtigerit: tegāt faciē cū modeſtia: ꝛ inclinēt: ꝑut religionis ꝯuenit honeſtati. De mō loqndi ad cratē.

¶ Quibus ꝛ qualr̄ liceat ingredi monaſterium. Rubrica. 18.

De ingreſſu pſonaꝝ in mōaſteriū: firmiter ac diſtricte ꝓcipim⁹: vt nulla vnqꝫ abbatiſſa: vel ei⁹ ſoꝛoꝛes aliquā pſonā religioſaꝫ: ſeu ſclarem: aut cuiuſlibꝫ dignitatis in monaſterij clauſurā intrinſecā intrare ꝑmittāt. Nec oīno alicui liceat: niſi qb⁹ ꝯceſſum a ſede aplica fuerit: vel a cardinali cui fuerit ſoroꝝ ordo cōmiſſus. ¶ Excipiūť aūt a dicta ingrediendi lege: medicus cauſa multū grauis infirmitatis: ꝛ minutoꝛ cū neceſſitas exegerit. Qui nō abſqꝫ duob⁹ ſocijs de familia monaſterij introducať: nec ab iuicē infra monaſteriū ſepareť. ¶ Necnō ꝛ illi quos occaſiōe incēdij: vł ruine: ſeu alteri⁹ picli vel diſpēdij: ſeu ꝑ tuēdis a violētia quoꝝlibꝫ monaſteriū vł pſonis: aut ꝑ aliquo ope exercēdo: qḋ cōmode extra monaſteriū fieri nō poteſt: neceſſitas exegerit introire. Qui oēs expedito ſuo miniſterio: vł imminēti neceſſitati ſatiſfacto ꝑ ipos: exeāt ſine moꝛa. ¶ Nulli aūt pſone extranee: intra monaſterij clauſurā liceat comedere vł doꝛmire. ¶ Sꝫ ꝛ ſiqs de ſcē ecclie cardialib⁹: ad aliqḋ mōaſteriū hmōi religiōis aliqñ venerit: ꝛ itra clauſtrū voluerit īgredi: cū reuerētia qdē ꝛ deuotiōe ſuſcipiať: ſꝫ rogeť vt cū paucis ſocijs ḋbeat itroire. ¶ Liceat quoqꝫ gñali miſtro oꝛdis frm̄ minoꝝ qñ ibidē celebꝛare voluerit: vel ꝑponere ſoroꝛib⁹ ꝟbū dei: cū qttuoꝛ vel qnqꝫ fr̄ibus ipſi⁹ ordis intra clauſurā ingredi monaſterij: ſi qñ ei videbitur expedire. De medice. De caſibus foꝛtuitis. De cardinalibus. De generali miniſtro.

¶ Alius aūt ꝓlat⁹ cui aliqñ foꝛte de licētia ſedis aplice vel dicti cardinalis intrare licuerit: duob⁹ vel trib⁹ tm̄ religioſis ꝛ honeſtis ſocijs ſit contentus.

¶ Qḋ ſi foꝛte ꝑ bñone vel ꝯſecratiōe ſoroꝝ vel i alio mō ꝯceſſum fuerit epo alicui miſſaꝫ interi⁹ celebꝛare aliqñ: qꝫ paucioꝛib⁹ ꝛ honeſtioꝛib⁹ potuerit ſocijs ſit ꝯtent⁹ ꝛ miſtris. Et hoc quoqꝫ ipm alicui rarius ꝯcedatur. Nulla tñ oīno loquať cū aliqua pſona de ingreſſis: niſi mō ꝓdicto: ſiue infirma fuerit ſiue ſana. ¶ Illḋ ſane ꝓcipue caueať: vt ij qb⁹ aliqñ cōceſſum fuerit ſolūmō vel data licētia in monaſteriū ingredi: nō alter admittāť: niſi abbatiſſe ꝛ ſoroꝛibus viſum fuerit expedire: cū ex hmōi ꝯceſſiōib⁹ vel licētijs: abbatiſſa vel ſoꝛoꝛes eos admittere nō cogāť: ꝛ vt ſint tales de quoꝝ ꝟbis ꝛ moꝛib⁹: necnō vita ꝛ habitu edificari valeāt intuētes: ꝛ materia iuſti ſcādali exinde nequeat gñari. ¶ Suꝑ ꝯceſſiōe ꝟo vel licētia ingreſſus hmōi: ad oē ambiguū remouendū: aplici apicis: vel cardinalis patentes lr̄e oſtendantur. De epis. De lnīa abbatiſſe ꝛ ꝯuētus ad ingrediendum.

¶ Qualiter ſeruiciales emittantur. Rubrica. 19.

De ſeruitialibus ꝛ ſororibꝰ q̄ ſemꝑ manere clauſe ſicut alie nō tenent̄:
diſtrictiua volumꝰ obſuari:vt ſine lĩia nulla clauſtrũ egrediat̄. Et q̄
emittũt̄:honeſte ſint ꝛ ꝯueniētis etatis:ac religioſi ꝛ maturi aſpectꝰ.
¶ Et calciamētis honeſtis:tã ipſe q̄ꝫ ſorores ille quas aliqñ emitti ꝯtigerit ꝑ
caſibꝰ ſupradictis:calciate incedãt. Ceteris ꝟo intꝰ manētibꝰ:liceat iſtõ idē.
¶ Egrediētibꝰ ꝟo aſſignet̄ certꝰ terminꝰ redeũdi. Nec alicui ipſaꝝ ꝯcedat̄
extra monaſteriũ ſine licētia ſpeciali comedere:bibere vel dormire:nec ab iui
cē ſeparari:vel alicui in ſecreto:ſeu capellani monaſterij:vel cõuerſoꝝ domi
ciliũ itroire. ¶ Et ſi aliq̄ ꝯtrariũ fecerit:grauiter puniat̄. ¶ Et ſolicite caueãt:
ne ad loca ſuſpecta diuertãt:vel cũ pſonis male fame familiaritatē habeãt.
Nec in ſuo reditu ſc'aria vel inutilia ſororibꝰ referãt:ꝑ q̄ diſſolui valeãt vel
turbari. Et q̄ꝫdiu extra fuerint:talr̄ ſtudeãt ſe hr̄e:q̄ꝫ de conuerſatiōe honeſta
ipſaꝝ:edificari valeant intuentes.

## Qualiter capellanus ꝛ conuerſi ſoroꝝ viuere debeant. Rubrica.20.

Capellanꝰ ſi voluerit ſe monaſterio obligare:ꝛ aliq q monaſterij ꝯuer
ſi eē voluerit:ꝛ abbatiſſe ꝛ ꝯuētui viſuꝫ fuerit eos recipe:ãno ꝓbatio
nie elapſo:ꝓmittãt obediētiã abbatiſſe:vouētes loci ſtabilitatē:ꝛ ꝑpe

De hitu capellãi:ꝛ ꝯuerſoꝝ monaſterij.

tuo viuere ſine ꝓpᷓo:ꝛ i caſtitate. ¶ Tunicas de religioſo ꝛ vili pãno:tã ꝓcio
q̄ꝫ colore iuxta eoꝝ indigētiã hr̄e valeãt ſine caputio. Quaꝝ manice breues
ſint ꝛ ſtricte tm̄mō circa manꝰ. Lōgitudo aũt tunicaꝝ ſi talis:q̄ꝫ a cãnilla pe
dũ diſtet ſpacio q̄ttuor digitoꝝ. Capellanꝰ tñ hr̄e poterit lōgiorē. ¶ Pro cin
gulo ꝟo:corrigiã honeſtã hēat cũ cultello. Caparonē etiã cũ caputio ſuꝑ tu
nicas portēt:cuiꝰ lōgitudo genu aliquãtulũ trãſeat:ꝛ latitudo vſqꝫ ad capu
tiũ ꝓtēdat̄. Minoris tñ latitudinis caparonē ſi hr̄e voluerit:poterit capella
nꝰ. ¶ Qui ēt cappa hōeſta vti poterit:vel mãtello poſt collũ:vl' ãte pectꝰ hinc
inde cōnexo. Supiores aũt tunice:ꝛ lōgũ caputiũ:necnō ꝛ capellãi cappa ꝛ

De dormitione.

mãtellꝰ:nō ſint de albo vel penitꝰ nigro pãno. ¶ Ueſtiti ēt iaceãt:ꝛ camiſis li
neis nō vtãt̄. Calciamēta alta ꝛ ãpla ꝛ ante fixa cũ caligis hēant:ꝛ femoralia
portēt. Capillos ſuos vſqꝫ ad aures certis tp̄ibꝰ tōdeãt i rotũdũ. Offm̄ diui
nũ faciant vt ſorores:excepto q̄ꝫ ꝯuerſi ad offm̄ btē v̄gis ꝛ mortuoꝝ minime

De ieiunio.

teneant̄. ¶ Ieiuniũ ſuare debeãt vt ſorores. Liceat tñ abbatiſſe ſuꝑ ieiunio
regule cũ eis cauſꝰ:vel itineris:aut laboris alterius:ſeu alia quauis rōnabili ꝛ

De ſubiectione.

honeſta cauſa:miſicorditer diſpenſare. ¶ In formatiōi ꝟo ꝛ correctiōi viſita
toris:capellanꝰ a ꝯuerſi ꝑ oīa ſint ſubiecti. Cui in ijs q̄ ad viſitatiōis offm̄ ꝑ
tinent:teneantur firmiter obedire.

## De ꝓcuratore monaſterij ꝛ eiꝰ officio. Rubrica.21.

Pro poſſeſſiōibꝰ ꝛ redditibꝰ monaſterij mō debito ꝓtractãdis:ꝓcu
rator vnꝰ prudens pariter ꝛ fidelis i ſinglis monaſterijs vr̄i ordinis
habeat̄:q ꝑ abbatiſſam ꝛ ꝯuētũ ꝯſtitui ꝛ amoueri debeat:ſicut vide

De rōne reddenda

bit̄ expedire. ¶ Hic ꝟo taliter inſtitutus:de oībus ſibi cōmiſſis. receptis pa
riter ꝛ expēſis:abbatiſſe ꝛ tribꝰ ſororibꝰ ad hoc ꝑ ꝯuentũ ſpecialr̄ aſſignatis:

Probibitio alienandi.

ꝛ viſitatori cũ voluerit:rōnem reddere teneat̄. ¶ Et nihil oīno de rebus mo
naſterij vendere. cōmutare. obligare:vel alienare quoquomodo valeat:niſi

de licentia abbatiſſe paritꝛ ⁊ ꝯuētus. Et qcqd ꝯtra hoc attentatū fuerit: irritū decernim⁹ ⁊ inane. ¶ Poſſit tñ de mobilib⁹ parū valētib⁹ aliqua parua ex cauſa licita: de abbatiſſe licentia interdū alijs elargiri. ¶ Poſſit etiā p viſitatorem: cum expedire videbitur: amoueri.

### ¶ De abbatiſſa ⁊ eius officio. Rubrica. 22.

Electio abbatiſſe libere ptinerat ad ꝯuentū. Cōfirmatio vero fiat p cardinalē cui fuerit iſte ordo cōmiſſus: vel auctoritate ipſius. ¶ Studeāt aūt ſorores talē eligere: q̄ vtutib⁹ polleat: ⁊ ſctis morib⁹ alijs pſit poti⁹ q̄ꝫ officio: ⁊ q̄ cōitatem ſuet in omnib⁹: vel in morib⁹: vt ei⁹ exemplo puocate ſorores: ex amore magis ei obediāt q̄ꝫ timore. Que ſingularibus amorib⁹ careat: ne dum in parte plus diligit: in toto ſcādalum generet. Conſolet afflictas: ſit refugiū tribulatis: ne ſi apud eam remedia defuerint ſanitatum: deſpationis morbus pualeat in infirmis. Que humilr ⁊ charitatiue viſitet ⁊ corrigat ſorores ſuas: nō pcipiendo eis aliqd qd ſit ꝯtra animā ſuam: ⁊ vre pfeſſionis formam. Non ſit pceps in pcipiendo: ne ex indiſcretione pcepti: ponat peccati laqueum animabus. ¶ Cui poſtq̄ꝫ ꝯfirmationem recepit: q̄ꝫdiu in officio pmanſerit: ſorores vniuerſe: necnon ⁊ familia exterior monaſterij pareant ⁊ obediāt diligenter. ¶ Semel in hebdomada: ad minus: abbatiſſa ſorores ſuas p ipſarum monitiōe. ordinatione: ⁊ reformatione teneat ad capitulum ꝯuocare. Ubi ſcdm expſſionem publicarum ⁊ communiū negligentiarum atq̄ꝫ culparum: pene miſericorditer imponant. Conferat etiam cum omnib⁹ ſororib⁹ ſuis de ijs q̄ occurrūt p ſui monaſterij vtilitate ac honeſtate tractanda. Sepe eñ dñs qd melius eſt: iuniori reuelat. Nullū oneroſum vel graue debitum ꝯtrahat: niſi per pcuratorem de cōmuni ꝯſenſu ſororum: cum manifeſta neceſſitas hoc reqrat. ¶ Reddat etiam de receptis ⁊ expēſis ſemel ad min⁹ ſingłis trib⁹ mēſib⁹ corā ꝯuētu: vel ſaltē quattuor ſororib⁹ ab eodē ad hoc ſpecialr deputatis: debitā rōnē. ¶ Officiales monaſterij inſtituat de ꝯſilio ⁊ aſſenſu ꝯuentus: vel maioris partis ipſius. ¶ Sigillū vero ꝯuentus: cuſtodiri faciat ⁊ ſuari ſm ordinatiōem ꝯuentus. Et omnem lrām dirigēdam ex parte eiuſdem ꝯuētus: pus coram ꝯuentu in caplo lectaꝫ ⁊ approbatā a maiori parte ſororꝫ: ibidē coram oibus faciat ſigillari. ¶ Nulla etiā ſoror aliquas lrās dirigat ſeu recipiat: niſi pmo eas abbatiſſa legat: vł ab alia ad hec ꝯſtituta legant. ¶ Studeat inſup abbatiſſa ſorores reconciliare: ſi aliquas ad inuicē ex aliqua cauſa vel occaſiōe ꝯtigerit cōturbari. Soror vero illa q̄ verbo vel ſigno occaſiōem turbatiōis vel ſcādali alteri dederit: ſtatim anteq̄ꝫ offerat mun⁹ orōnis ſue deo: veniā petēs a ſorore quam offendit: corā ea humilr ſe pſternat: rogās vt itercedat p ſe ad dñm: quatenus ſibi culpā indulgeat quā cōmiſit. Illa vero memor verbi dñi. Niſi dimiſeritis ex cordibus vrīs: nec pr̄ veſter celeſtis dimittet vob: liberalr iniuriā remittat ſorori veniam poſtulāti. ¶ Monem⁹ ſorores oēs ⁊ hortamur i dño Jeſu xpo: vt caueāt ab omī ſupbia. vanaglia. inuidia. auaricia. cura ⁊ ſollicitudine huius ſcli. detractione ⁊ murmuratione. diſſenſione ⁊ diuiſione: ac omni vitio p quo poſſit diſplicere in oclis veri ſponſi. Sed magis ſollicite coram deo ſuare interiorē ⁊ exteriorē in oibus puritatē: ac ſemp inuiceꝫ hr̄e mutue di-

Qualis debeat eē abbatiſſa.

De obia exibēda abbe.

De caplo culparum.

De rōne reddēda couentui.

De officialibus ꝯuētus.

De lrīs mittendis.

de reconciliatiōe.

Admonitio

lectionis vnitatē:q̄ eſt vinculū pfectionis:vt in ea radicate ⁊ fundate:poſſint agni dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i nuptias cū prudentibus v̄ginibus introire.

¶ Quod nulla ex ſororibus accedat ad romanam curiam perſonaliter. Rubrica.23.

Excōicatio.

Ad hoc vt diſcurſib⁹ diſpēdioſis materia ſubtrahaꝭ:in v̄tute obedientie:ſub pena excōicatiōis(quā ipſo facto trāſgrediētes vel nō parentes incurrāt)diſtricte p̄cipimus:v texceptis dūtaxat puitialibus monaſterioꝝ:illoꝝ locoꝝ in qb⁹ romana fuerit eccl̄ia ꝯſtituta:q̄diu ibi reſidentiā fecerit:nulla abbatiſſa.ſoror:vel puicialis p vlla neceſſitatis cauſa ad ſedē aplicā pſonal'r veniat vel accedat:niſi ſup hoc p aplicos apices: vel dicti cardinalis patētes lr̄as alicui ſpecialis licentia ꝯcedatur.

¶ De viſitatore ⁊ eius officio. Rubrica.24.

Monaſteria hui⁹ religiōis p viſitatores:q auctoritatē.formā:⁊ modū a cardinali cui fuerit a ſede aplica vr̄ ordo cōmiſſus recipiāt:ſemel ad min⁹ annis ſinglis viſitenꝭ.¶ Sane circa viſitatiōes hmōi illḋ ē ſollicite puidēdū:vt qcūq3 vel gn̄alis:vel ēt alicubi aliqn̄ ſpecial'r ꝯſtituēd⁹ fuerit viſitator:talis d̄beat ꝯſtitui:de cui⁹ religioſa vita ⁊ morib⁹ noticia plēa ⁊ ſecuritas habeaꝭ.Qui cū ad monaſteriū aliqḋ veniēs fuerit itrogreſſus:ſic ſe p oīa exhibeat ⁊ oſdat:vt oēs de bono ad meli⁹ puocet:⁊ ad dei amorē:⁊ intra ſe mutuā charitatē ſemp inflāmet pariter ⁊ accēdat.Et qn̄ monaſterij clauſurā ad viſitādū intrauerit:duos religioſos ⁊ idoneos ſocios ſecū ducat:q vc3 ſocij ſimul maneāt:⁊ dū fuerint intra clauſtrū:ab inuicē nullaten⁹ ſeparenꝭ.¶ Uiſitator aūt rl'a pus ⁊ lecta ⁊ expoſita:ab abbatiſſa ſigillum recipiat:qḋ ipſa ſub aſſignare ⁊ abſolutionē ac ꝯceſſionē ab abbatiſſe miniſterio petere abſolute ac libere teneaꝭ.Que ſi cōem vitā nō potuerit ducere:vel noluerit:p eūdē viſitatorē a ſuo regimine abſoluaꝭ:niſi ſua mora in officio: monaſterio diſpēdioſa nō eēt ſ3 neceſſaria:vel euidēter vtilis appareret.Abſoluatur ēt p eundē ſi alias nō idonea:vel inſufficiēs ad monaſterij regimē videatur.Et hoc fiat ƀ3 formā ⁊ modū quos a cardinali ſupradicta recepit viſitator.Qui tā de ipſi⁹ abbatiſſe q̄ ſoroꝝ ſtatu:⁊ obƀuātia ſue religionis: ab oib⁹ gn̄al'r:⁊ ſpecial'r a ſinglis inqrat ſtudioſius v̄itatē. Et vbi aliqd reformādū vel corrigēdū inuenerit:zelo charitatis ⁊ amore iuſticie: cū diſcretione corrigat ⁊ reformet tā in capite q̄ in mēbris:ſicut meli⁹ viderit expedire.Exceſſus aūt q fuerit ſufficiēter correct⁹ a viſitatore:nullaten⁹ iteꝝ corrigatur.Qḋ ſi aliqd tale ſibi occurrerit:qḋ p ſe neqat emēdare:ad ſuperiorem referat vt corrigatur(ſicut expedit)ei⁹ ꝯſilio ac p̄cepto.¶ Caueat aūt abbatiſſa:ne a ſe vel ab alijs ſororibus ſtatus ſui Monaſterij viſitatori aliquatenus abſcōdaꝭ:q2 malū eēt indiciū:⁊ offenſa grauiter puniēda.Jmmo volumus ⁊ mādamus:vt ea q̄ ƀm vite ſue formā ⁊ regularē obƀuātiā inſtituenda vel emēdāda fuerint:publice ac puatim(ſicut meli⁹ viderit faciēdū)viſitatori ſuggerāt ⁊ pponāt:cui teneāꝭ in oib⁹ q̄ ad offm̄ ſue viſitatiōis ptinēt firmiter obedire.Que aūt aliter fecerint:a viſitatore:tā abbatiſſa q̄ alie d̄bite put ꝯuenit puniāꝭ.¶ Oēs aūt tā abbatiſſa q̄ ſorores ꝯſiderēt ⁊ caueāt diligēter:vt nihil aliḋ q̄ amor diuin⁹:⁊ ſuaꝝ ſororum correctio:ac monaſterij

Qualis d̄beat eſſe viſitator.

De forma viſitationis.

Cauenda in viſitatione.

reformatio eas moueat ad loqndum. ¶ Modum aūt loqndi viſitator cuſtodiat ſupradictū: vt vcʒ aut cū oībus: aut cū pluribꝰ ſimul loquatꝛ: vel ſecrete cū vna: alijs tn̄ ad minꝰ duabꝰ in aſpectu eiꝰ nō longe ſedentibꝰ: vt p oīa bone fame integritas ꝯſeruetꝛ: niſi ad locutoriū cū vna vel pluribus loq voluerit de ijs q̄ ad offm̄ ſuū ptinere noſcātur. ¶ Idem ēt viſitator: tā capellanuʒ q̄ ꝯuerſos: ⁊ ceteros de familia extriſeca mōaſterij viſitet: ⁊ in eis corrigat ⁊ reformet q̄ correctiōis ⁊ reformationis officio nouerit indigere. Penas tā amotionis ꝑpetue a monaſterio: licentiādo ꝓfeſſos ad alia monaſteria vl' ordines: ſicut viderit expedire: q̄ alꝛs: ꝓut culpe grauitas ⁊ q̄litas exegerit ipōnēdo. ¶ Ut aūt nō grauētꝛ monaſteria in expēſis: ⁊ viſitator oēm notā cuiuſpiā ſuſpitiōis euitet: volumꝰ oīno q̄ viſitator de viſitatiōis officio q̄ citius cōmode poterit ſe ſtudeat expedire: q̄to rarius: abſqʒ ſui officij diſpēdio poterit: monaſterij clauſurā intrinſecus ingreſſurus.

¶ De mō audiēdi viſitationes.

De viſitatione capellani: ⁊ cōuerſoꝝ.

De abbreuiatione tp̄is viſitationis.

¶ De cardinali huius religionis. Rubrica .25.

Verum ne obſuātie p̄ſentis rl'e ſiue formule ſupra ſcripte (quā vniformiter vbiqʒ ab oībꝰ volumꝰ ⁊ mādamꝰ diligētiꝰ obſuari) ꝑ defectu certi regiminis in poſteꝝ recedere vos ꝯtigat: aut ſub diuerſoꝝ magiſterio viuēdi modos incurrere differentes: dilecto filio nr̄o. I. ſc̄ti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali gubernatori. ꝓtectori: ⁊ correctori ordinis frm̄ minoꝝ: curā ⁊ regimē vr̄i ordis: necnō ⁊ pſonaꝝ in eis degētiū .ſ. capellanoꝝ ⁊ ꝯuerſoꝝ ⁊ familiariū: plene duximꝰ cōmittēda. ¶ Statuētes: vt ſub eiꝰ ⁊ alioꝝ cardinaliū q fuerint ꝓ tp̄e gubernatiōi. ꝓtectioni: atqʒ correctioni eoꝝdē frm̄ ordinis a ſede ap̄lica deputati obediētia ⁊ cura ⁊ regimine: debeatis de cetero ꝑmanere: qbus teneamini firmiter obedire. Et ipſi aīarum vr̄aꝝ ſolicitudinē gerētes ⁊ curā: eiſdē monaſterijs ⁊ pſonis degētibꝰ in eis: capellanis: ꝯuerſis: ⁊ familie: tā ꝑ ſe q̄ ꝑ viros idoneos quoties expedire viderit: viſitationis offm̄ impendere ſtudeāt: corrigēdo ⁊ reformando ibidē: tā in capite q̄ in mēbris: q̄ correctionis ⁊ reformationis officio nouerint indigere. ¶ Inſtituant nihilominus ⁊ deſtituāt. ordinēt. ſtatuāt ⁊ diſponant: ꝓut ſc̄m deum viderint expedire.

De ꝓtectore huiꝰ ordis.

¶ Q̄ð regula non negligatꝛ a ſororibus. Rubrica vltima.

Ut aūt vos in hoc rl'a ſiue formula tāq̄ in ſpeculo poſſitis iſpicere: ne ꝑ obliuionē aliqd negligatis: ſemel vob in qualibʒ qndena legatꝛ. Et vbi vos iueneritis ea q̄ ſcripta ſunt facere: agite gr̄as deo bonoꝝ oīm largitori. Ubi aūt ſibi q̄cūqʒ videt aliqd deeſſe: doleat de p̄terito ⁊ caueat de futuro: orās vt ei debitū dimittatꝛ: ⁊ in tentationē ne deiceps iducatꝛ. ¶ Nulli ergo oīno hoīm liceat hāc paginā nr̄e ꝯſtitutionis. ꝯceſſionis. ꝯfirmatiōis: ⁊ abſolutiōis infringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs aūt hoc attentare p̄ſumpſerit: indignationē oīpotētis dei: ⁊ btōꝝ Petri ⁊ Pauli ap̄loꝝ eiꝰ: ſe nouerit incurſuꝝ. Datū apð vrbē veterē qnto decimo Kl'as Nouēbris: Pontificatus noſtri anno tertio.

## ¶ Explicit regula ſecūda ſoroꝝ ordinis ſancte Clare.

# ¶ Incipit Ordo ad induendum noviciam.

PRimo ante miſſaʒ tunicis poſitis ⁊ chorda ãte altare dũ celebraꝭ miſſa: novicia ⁊ ꝯſanguinee eius ſibi aſtãtes: ſtent corã altari tenentes candelas accenſas: quas offerent poſt offertoriũ ſacerdoti. ¶ Finita ṽo miſſa: ſacerdos accedẽs illuc: abſolute incipiẽs dicat. ℣. Adiutoriũ nr̃m. ℟. Qui fecit. ℣. Sit nomen dñi. ℟. Ex hoc. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs vo. ℟. Et. Oro.

DEus pr̃ omp̃s q̃ p legiferũ moyſem famulũ tuũ miniſtris eccl̃ie ſub typo paſſionis: priſce legis p̃cepta dediſti: hãc laneã veſtẽ quã ſctũs pr̃ nr̃ Frãciſcus miniſter eccl̃ie diuino amore ferre ꝯſueuit: ſcti✠ficare atqȝ bñ✠dicere ⁊ ꝯſecrare tuo ꝓpo ore digneris: vt hec ãcilla tua q̃ eam cupit induere: exuta ab om̃i ſorde vicioꝝ: cũ indumẽto ſctãꝝ ṽtutũ: ea induaꝭ: quatenus ab om̃i ꝑturbatione callidi inſidiatoris deinceps ꝓtecta: in eccl̃ia tua ſancta de die in diem renouetur. Per xp̃m dñm nr̃m.

¶ Poſtea ſuper ea q̃ induenda eſt dicaꝭ hec Oro.

DEus q̃ abrae famli tui ope: hũano generi obedientie exẽplar tribuiſti: concede huic ancille tue: ⁊ ſue volũtatis prauitatẽ frãgere: ⁊ tuoꝝ p̃ceptoꝝ rectitudinẽ in om̃ibꝫ adimplere. Per xp̃m. Alia oro.

OMp̃s ſempiterne deus ꝓpitius reſpice ad p̃ces eccl̃ie tue: ⁊ huic ãcille tue quã ad nouã gr̃am vocare dignatus es: fidẽ rectã. charitatẽ ꝑfectã. hũilitatem verã: ꝯcede dñe vt ſit in ea ſimplex affectus ⁊ fortis. obedientia ꝑſeuerãs. pax ꝑpetua. mẽs pura. rectũ ⁊ mũdũ cor. volũtas bõa. ꝯſciẽtia ſctã. ꝯpũctio ſpũalis. ṽtꝰ anime. vita immaculata. ꝯſummatio irreprehenſibilis: vt viriliter currens: in tuũ introire regnuȝ feliciter mereatur. Qui cum pr̃e. ⁊c. Amen.

¶ His expletis aſp̃gat ſacerdos nouiciã ⁊ tũicas aqua bñdicta. Poſtea ducãt eã ꝯſanguinee eius vſqȝ ad portã rote: ⁊ cũ incepit ingredi portã: ſi nouicia fuerit ṽgo: incipit cãtor antiphonã. Ueni ſponſa xp̃i ⁊c. Quã cãtãdo ducãt nouiciã ſorores ad altare intrinſecũ q̃d eſt in choro. Finita aña: dicaꝭ p̃s Bt̃i immaculati. cũ Gl̃ia pr̃i. in octauo tono. ¶ Si ṽo nouicia nõ fuerit ṽgo: non canteꝭ aña Ueni ſponſa xp̃i. nec p̃s. Bt̃i immacu. ſȝ cantetur aña. Ueni electa mea ⁊ ponã in te thronũ meũ all'a. Qua finita cantaꝭ p̃s. Beati q̃ habitant in domo tua dñe: in ſecula ſeculoꝝ laudabũt te. in p̃mo tono: cũ Gl̃ia pr̃i. ⁊c. Et ſi neceſſe fuerit: p̃s. ⁊ antiphona reiterenꝭ quouſqȝ nouicia ſit induta. ¶ Perueniens aũt nouicia ad altare: genuflectat ⁊ iaceat ꝓſtrata. Interim autẽ aliq̃ ſorores quandã pallã extendentes: nouiciã pannis ſuis exuant. Quã abbatiſſa: vel alia loca eius: ſtatim induat tunicis bñdictis dicẽdo. ¶ Exuat te dñs veterem hominem cũ actibꝫ ſuis: ⁊ induat te nouũ q̃ ſm deũ creatus eſt in iuſticia ⁊ ſanctitate ṽitatis. ¶ Qua induta: dicat ſacerdos ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpũ tuo. Oro.

DOmine ieſu xpe paſtor bōe:q animā tuā p ouibus tuis poſuiſti:fac hāc ancillā tuā ſacro habitu indutā ante tuū ɔſpectū cū iuſticia viueret:ꝛ ad miſericordiā tuā cū fructu bonoꝝ opeꝝ puenire. Concede tribueq̄z ei in fide obediētiā.in labore vtutē.in affectu deuotionē.in actu pſpitatē.in victu abūdātiā.in pace leticiā.in ɔuerſatiōe graꝫ.in tribulatiōe patientiam.in languoribus ſanitatis tue medicinā:quatenus in hoc pn̄ti tpe p ſemitā iuſticie cū felicitate pcurrat:vt te ventuꝝ iudicem in nouiſſimo die cū magna hilaritate ſuſcipiat. Qui cum pr̄e.ꝛc.

¶ Poſt hec incipiat cātor hymnū. Ueni creator. Quo finito dicat ſacerdos ℣. Emitte ſpm̄.ꝛc. ℣. Poſt partum vgo. ℣. Ora p nob bt̄e Frāciſce. ℣. Ora p nob btā Clara. ℣. Orate pro nob omnes ſcti dei. ℣. Dn̄e exaudi oronez meam. ℣. Dn̄s vobiſcum. Oro.

DEus q corda fideliū ſcti ſpūs illuſtratione docuiſti:da nob in eodem ſpū recta ſapere:ꝛ de eius ſemper conſolatione gaudere. Per chriſtuz dn̄m noſtrum.ꝛc. Alia oro.

COncede nos famlos tuos q̄s dn̄e deus:ppetua mentis ꝛ corpis ſanitate gaudere:ꝛ glioſa bt̄e marie ſemp vginis:interceſſione:a pn̄ti liberari triſtitia ꝛ futura perfrui leticia. Alia oro.

DEus q eccliam tuā bti Franciſci meritis fetu noue plis amplificas tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere:ꝛ celeſtiū donoꝝ ſemp participatione gaudere. Alia oro.

FAmulos tuos q̄s dn̄e beate vgis tue clare votiuā cōmemorationē recenſentes:celeſtiū gaudioꝝ ſua facias interuētiōe participes:ꝛ tui vnigeniti coheredes. Alia oro.

OMnips ſempiterne deꝰ q nos oīm ſcōꝝ tuoꝝ merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari:q̄s vt deſiderata nob tue ppiciatiōis abūdātiaꝫ: multiplicatis interceſſoribꝰ largiaris. Per dn̄m. ℣. Dn̄s vob. Bn̄dicamus dn̄o. ¶ Poſt hec erigat ſe nouicia:ꝛ det pacē abbatiſſe ꝛ ſororibus aſtantibꝰ. Poſtea due ſorores ducant eam p choꝝ:ꝛ det pacem p ordinē ſicut ſtat in choro ſororibus vniuerſis.

## ¶ Alius ordo ad idem.

QUādo aliq̄ mōialis ſcē clare mōaſteriū igreſſura ē:pmo cātet vl legat miſſa. Qua ɔpleta ſacerdos bn̄dicit veſtes ſeu hitū:ꝛ velamia cātādo ſiue legēdo. ℣. Oñde no. ℟. Et ſa. ℣. Dn̄e exau. ℣. Dn̄s vobiſ. Oro.

DEus q ſola tua ineffabili pietate qua nō minꝰ ſuauiter q̄ꝫ ſapiēter vniuerſa diſponis:lanā haꝝ veſtiū ad vſuz hoiꝫ de velleribꝰ ouiū pduxiſti:vt trino bn̄ficio ſiml ornarēt.fouerēt:ꝛ ab itēperie aeris corpa tuerēt:imēſe mie tue largitatē ſuppliciter exoramꝰ:vt hoc idumētū qd pſēs famla tua. N. p forma habitꝰ ſcē Clare ad tibi in ipſo ordine laudabilr ſuiēdū intēdit aſſumere:ita bn̄✠dicere ꝛ ſancti✠ficare digneris:vt ſit ei ornatus ad operimentū petōꝝ ſuoꝝ:fomētū ad pfectū vtutū:ꝛ fortis armatura:ac tota defenſio ɔtra aereas ptātes:ꝛ ignea hoſtis neqſſimi tela ad victorie triūphalis obtentū:qbus perſeuerando vſq̄z in finem ꝛ tandem immar

ceſſibilis glie bꝛabiũ dono gr̃e tue valeat adipiſci:necnõ ad celeſte ꝯuiuium
ſuauiſſimũ ſpõſi ſui:filij tui dñi nr̃i Jeſu xp̄i pẽniter regnatura:cũ nuptiali
veſte delectabilr̄ introduci. Qui tecũ viuit. ꝛc. Oꝛo.

DOmine ieſu xp̄e fili dei viui:cuiꝰ apl̃us muliebrẽ ſexũ in ſignũ ſubie-
ctiõis.hũilitatis:ꝛ honeſtatis velamẽ ſuꝑ caput ſuũ ꝓpter ãgelos hr̃e
p̄cepit:cuiuſqꝫ oculos ipe acerbiſſime paſſiõis tue ad oppꝛobꝛiũ ve-
lauerũt:qs ꝓpter gliam honoꝛãdi nois tui:copioſam bñdc✝nis tue his vela-
minibꝰ infunde ṽtutẽ:ꝙ famulã tuã illa gerentẽ tibi ſubiectã in oibꝰ:ꝛ cui-
cũqꝫ tenet ex oꝛdine quẽ aſſumit efficiãt:ne ꝓpꝛias ṽtutes ꝛ bona ꝯcernẽs:in
gliam data deꝑdat:ſꝫ in ꝓ̃a hũilitate ꝯſuet:ꝛ obũbꝛet:ab omĩ et oculos eius
varietate cõpeſcãt:demũ turpiſſime moꝛtis tue dulcis ſpõſi ſui memoꝛiam
hoc viduitatis indiciũ ſepe mẽtis eiꝰ oclis repꝛ̃ſentet:ac radicitꝰ coꝛdi ꝯtinue
recolẽdã tenacitꝰ aſtringat:vt cũ hac galea ſalutis:tãqꝫ ſocia paſſiõis : ꝯſola-
tionẽ tecũ:ꝛ cũ oi curia celeſti ſemꝑ exꝑiri mereat. Qui viuis. ꝛc.

¶ Finita aũt bñone:aſꝑgãtur aqua bñdicta ꝛ incẽſen
tur. Poſtea ſoꝛoꝛ genuflectat corã ſacerdote ꝛ altari:cũ accẽſo cereo in mani
bus. Tuncqꝫ ſacerdos cantet ſiue legat. ℣. Sit nomẽ dñi. ℟. Ex hoc. ℣. Ad
iutoꝛium noſtrum. ℟. Qui fecit. Oꝛo

COngrega nos dñe de natiõibꝰ:vt ꝯfiteamur noi ſctõ tuo:ꝛ gliemur i
laude tua. Per xp̄ꝫ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs cuſtodiat introitũ tuũ ꝛ exitum
tuũ. ℟. Ex hoc nũc. ℣. Saluã fac. ℟. Deꝰ meus. ℣. Mitte ei dñe. ℟.
Et de ſyõ. ℣. Eſto ei dñe tur. ℟. A fa. ℣. Nihil ꝓficiat. ℟. Et filius iniq. ℣.
Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs vob. ℟. Et cum. Oꝛo.

DOmine ieſu xp̄e rex regũ ꝛ dñs dñantiũ:q a pr̃e egrediens ꝛ in hunc
mũdũ ingrediẽs carnẽ mũdiſſimã de immaculata ṽgine ſuſcepiſti:
vt nos liberares de manibꝰ inimici ꝛ ad paradiſi pꝛ̃iam reuocares:
reſpice ſuꝑ hãc famulã tuã q̃ mũdũ cũ põpis ſuis relinq̃re diſpoſuit:ꝛ i hoc
ſacro mõaſterio tibi dño deo ſuo vero ſctaꝝ animaꝝ ſpõſo facias ꝑpetuo de
ſuire:ac infunde coꝛdi eiꝰ benigniſſimã grãm ſpũſſcti q eã illuminet ad te
deũ creatoꝛẽ ſuũ cognoſcẽdũ:ac ꝑfecte diligẽdũ:vt cũ dies extrema finiſqꝫ
eius vite aduenerit:emũdata ab omnibꝰ pctis ſuis:ad regna valeat celeſtia
peruenire. Qui viuis. ꝛc.

¶ Deinde ſacerdos aſꝑgat eã aq̃ bñdicta in modũ cru
cis dicẽdo. Bñdicat te dñs ex ſyõ:vt videas bõa ierl̃ꝫ omĩbꝰ diebꝰ vite tue.

¶ Deinde incenſet eam dicens. Dirigatur dñe oꝛatio mea ſicut incẽ
ſum in conſpectu tuo:eleuatio manuum mearum ſacrificiũ veſpertinum.

¶ Deinde ducat ad introitũ mõaſterij cãtãdo ſiue legẽdo. Te deũ laud. ꝛc.

¶ Et ingreſſa mõaſteriũ vel eccliã:a ſoꝛoꝛibꝰ corã altari interioꝛi tõdet:ꝛ de
poſito habitu ſeculari:habitu religiõis induit. Et tũc dr̃ hyꝰ. Ueni creatoꝛ.
Quo ꝯpleto. dr̃. ℣. Emitte. ℟. Et re. ℣. Sit glia dñi in ſeculũ ſcli. ℟. Letabit
dñs in opibꝰ ſuis. ℣. Oꝛa ꝑ nob ſcã dei geni. ℟. Ut dig. ℣. Oꝛa ꝑ nob b. bt̃e
Frãciſce. ℟. Ut dig. ℣. Oꝛa ꝑ nob b. btã Clara. ℟. Ut dig. ℣. Saluã fac. ℟.
Deꝰ meꝰ. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum. Oꝛo.

DEus cui omne cor patz:⁊ oīs volūtas loqꝫ:⁊ quē nullū latet secretū:purifica ꝑ īfusionē ſcti ſpūs cogitatiōes cordis nrī:vt te pfecte diligere ⁊ digne laudare mereamur. Cōcedo nos famlos tuos. Deus q ecclīam tuā beati Franciſci ⁊c. Famulos tuos qs dne btē vgis tue clare. ⁊c. Et orō.

OMniū dne pr miaꝝ ⁊ deꝰ totiꝰ ɔſolatiōis:q ꝑ oipotentiā. ſapientiā ⁊ clementiā tuā potes. ſcis:⁊ vis hoiem ſaluare quē creaſti:nec letaris in pctōꝝ pditione morientiū:ſz magis q̄ ɔuertāt ⁊ viuāt:ob amorē: merita:⁊ interceſſionē glioſiſſime mrīs tue intemerate vginis marie:⁊ beatiſſime vgis tue clare:reſpice illo pietatis oclo quo btm̄ Petrū in atrio pōtificis aſpexiſti: pſentē famulā tuā. N. hodie penitꝰ de mūdo te eligētē:ɔuerſaz ⁊ i ordie ſctē clare famule tue ɔuotiſſime mācipatā:quo tuo benigno reſpectu humilitas ſubijciat eā. penitentia reducat. iuſticia inducat. obedientia ɔducat. pſeuerātia pducat. deuotio introducat. puritas iūgat:⁊ tibi charitas vniat:in quo ſimul oīa bona ſine vllo malo poſſit repire:qbus te hec tua pia dignatiōe cōceſſeris poſſidere. Qui viuis. ⁊c.

# ¶ Ordo ad benedicendum velum.

PRimo ponitur velū ſuper altare dū celebraꝫ miſſa. Qua finita miſſa:receptura velū aſtantibus ſibi aliqbus ſororibus genuflectat āte gradum. Alie vo ſorores tenentes candelas accenſas:per ordinem ſtent in choro. Sacerdos aūt accedens illuc abſolute incipiat dicens. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpū tuo. Orō.

DOmine ieſu xpe q tegimē nrē mortalitatis induere dignatꝰ es:obſecramus immēſam tue largitatis abūdantiā:vt hoc genus velaminis qd ſcīūs pr nr Franciſcus ad innocētie vel hūilitatis indiciū abrenūciantibus ſclo ſanxit:tu ita bn✠dicere digneris:vt hec famula tua q̄ hoc vſa fuerit:te induere mereatur. Qui cum pre. ⁊c.

¶ Poſtea ſuper eam dicat. Oremus.

DEus q ꝑ coeternū filiū tuū cūcta creaſti:qqz mūdū pctis inueteratū ꝑ myſteriū ſcte incarnatiōis eiꝰ renouare dignatꝰ es:te ſuppliciter exoramus:vt eiuſdem dñi nrī ieſu xpi grām ſup hāc ✠ famulā tuā abrenūciationem ſcli pfitentem clementer infundere digneris:ꝑ quā in ſpū ſue mētis renouata:veterem hoiem cū ſuis actibus exuaꝫ:⁊ nouū q ſcdm deū creatꝰ eſt induere mereatur. Per eundem xpm.

## ¶ Poſt hec icipit ſacerdos (ſi voluerit) vel due ſorores in medio chori ſeqntē Letaniā. ⁊ ſorores in choro reſidētes rñdeāt vniuerſe.

KYrie eleyſon. Xpe eleyſon. ¶ Xpe audi nos. ¶ Xpe exaudi nos. ¶ Pr de celis deꝰ: Miſere ei. ¶ Fili redēptor mūdi deꝰ: Miſere ei. ¶ Spūſſcte deꝰ: Miſere ei. ¶ Sctā maria: Ora ꝓ ea. ¶ Oēs ſcti btōꝝ ſpm̄ ordines Orate ꝓ ea. ¶ Oēs ſcti apli ⁊ euāgeliſte: Orate ꝓ ea. ¶ Sācte Frāciſce. ora ꝓ ea. ¶ Oēs ſancti ɔfeſſores: Orate. ¶ Sācta Clara: Ora ꝓ ea. ¶ Oēs ſcte vgines ⁊ vidue. Orate ꝓ ea. ¶ Propitiꝰ eſto. ℟. Parce ei dñe. ¶ Ab oi malo. ℟. Libera

eam dñe. ¶ Per myſteriũ ſcte incarnationis. paſſionis. reſurrectionis: ⁊ aſcẽ ſionis tue. ℟. Libera eam dñe. Pctores. ℟. Te rogamus audi nos. Ut hanc famulã tuã ab oĩ tentatiõe eripe digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Agn⁹ dei q tollis pcta mũdi. ℟. Exaudi nos dñe. Kyrie eleyſon. Xpe eleyſon. Kyrie el. Pr nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sz libera. ℣. Saluã fac ancillã tuã. ℟. Deus meus ſpantẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de ſctõ. ℟. Et de ſyõ tuere eã. ℣. Eſto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie. ℣. Nihil pficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniqtatis nõ apponat nocere ei. ℣. Dñe exau. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpũ tuo. Oro.

Adeſto dñe ops ſupplicatiõibus nris: ⁊ hanc famulã tuã cui i tuo ſcõ noĩe velũ ſacre religiõis imponimus: bñ ✠ dicere dignare: ⁊ p interceſſionẽ btiſſime ⁊ glioſiſſime vginis marie: ⁊ btõr apĺor petri ⁊ pauli: atqz beati Franciſci: ⁊ btẽ Clare: ⁊ alior omniũ ſctõr: fac eam ad obſuantiam ſancti huius pppoſiti puenire: vt tribulatiõibus ⁊ anguſtijs indeficiẽs: ppetua ꝯſolatione valeat reſpirare: ⁊ iuſte ac pie ⁊ caſte p verã hũilitatẽ i fraterna charitate fundata: qđ te donante pmittit: felici pſeuerãtia cõpleat: ⁊ ad vitam pficere mereat eternam. Qui cum pre ⁊c.

¶ Statim cantor incipiat hymnũ. Ueni creator. Interim ſacerdos dũ cantat hy⁹: imponat ſibi velũ dicens. ¶ Exuat te dñs veterẽ hoĩez cũ actib⁹ ſuis: ⁊ induat te nouũ q ſm deũ creat⁹ ẽ in iuſticia ⁊ ſctitate vitatis. Accipe ancilla xpi ſctm velũ pfeſſiõis tue: ſacrũ ſignaculũ in ppetuũ: cũ quo fideliter valeas peruenire ad regnũ celor. Per xpm ⁊c.

¶ Ad abbatiſſam aũt conuertendo ſermonem dicit.

Hanc ſpõſaz tibi trado: vt vſqz in diẽ iudicij ꝯſues eã ſine macula: ⁊ in ꝯſpectu regis altiſſimi reddas ꝯpotũ Jeſu xpo. Qui cũ pre. ⁊c.

¶ Finito hymno: dicat ſacerdos. ℣. Emitte ſpm. ⁊c. ℣. Poſt partũ. ℣. Signaſti dñe ſuũ tuũ Frãciſcũ. ℣. Ora p nob btã clara. ℣. Orate p nob oẽs ſcti. ℣. Dñe exau. ℣. Dñs vobiſ. Oro. Deus q corda fide. Oro. Cõcede nos famlos. Oro. Deus q ecclam. Oro. Famlos tuos qs dñe btẽ vgis tue clare. Oro. Ops ſempiterne de⁹ q nos oĩ ſcõr. vtã. ℣. Dñs vobiſcum. ℣. Benedicamus dño.

¶ His pactis: erigat ſe ⁊ det pacẽ abbatiſſe ⁊ ſororib⁹ aſtãtibus. Poſtea due ſorores deducãt eam p chor ⁊ det pacem per ordinem ſicut ſtant in choro ſororibus vniuerſis.

# ¶ Ordo ad bñdicendum abbatiſſam.

Primo electiõe facta: ⁊ a viſitatore approbata: cãtor incipiat. Te deũ laudam⁹. Cũ quo pceſſionalr deducãt electã ad ecclam: ⁊ quouſqz finiat Te deũ laudam⁹: corã altari iaceat pſtrata. ¶ Quo finito dicat viſitator. ℣. Confirma hoc deus qđ opatus es in nob. ℟. A templo ſctõ tuo qđ eſt i hieruſalem. ℣. Dñs vobiſcum. Oro.

Actiões nras qs dñe aſpirãdo pueni: ⁊ adiuuãdo pſeqre: vt cuncta nra oro ⁊ opatio a te ſemp incipiat: ⁊ p te cepta finiat. Per xpm.

¶ Poſtea reuertat̃ ad capl̃m: ⁊ det ibi ſigillũ viſitator corã oibus abbatiſſe: ⁊ mãdet ſibi p obiam q̃ exequat̃ ex tũc iniũctũ ſibi offiñ: ⁊ ſororib⁹ vniuerſis q̃ obediãt ei in oib⁹ q̃ ſuũ offm̃ ptinebunt. Finis.

# ¶ Incipit ꝓlogus p̃me regule ſeu forme viuendi fratrum de penitentia: ſeu tertij ordinis ſancti Franciſci.

Prohemiũ pontificale.

NIcolaus ep̃s ſeruus ſeruorum dei: dilectis filijs frib⁹: ⁊ dilectis in xp̃o filiab⁹ ſororib⁹ ordinis frm̃ de penitẽtia: tã p̃ſentib⁹ q̃ȝ futuris: ſalutẽ ⁊ aplicã bñdictionẽ. ¶ Sup mõtẽ catholice fidei: quã pplis gẽtiũ q ambulabãt in tenebris: diſciplorꝝ xp̃i ſyncera deuotio igne charitatis exeſtuãs v̄bo ſolicite p̃dicatiõis edocuit: quã qȝ Romana tenet ⁊ ſuat eccl̃ia ſolidũ xp̃iane religiõis poſitũ noſcit̃ fundamẽtũ: nullis vnq̃ȝ ꝯcutiendũ turbinib⁹. nullis quaſſandũ fluctib⁹ tẽpeſtatũ. Hec eſt etenĩ recta veraqȝ fides abſqȝ cui⁹ ꝯſortio nemo in ꝯſpectu altiſſimi acceptus redditur: nemo gratioſus occurrit. Hec eſt q̃ ſalutis ſemitã p̃parat: ⁊ felicitatis eterne p̃mia gaudiaqȝ pollicet̃. ¶ Ideoqȝ glioſus xp̃i ꝯfeſſor btũs Frãciſc⁹ hui⁹ ordinis inſtitutor: viã aſcẽdendi ad dñm v̄bo pariter ⁊ exẽplo demõſtrãs: ipſi⁹ ſynceritate fidei ſuos filios erudiuit: eoſqȝ illã ꝓfiteri: ꝯſtãter tenere: ſilr ac opere voluit adimplere: vt p eı⁹ ſemitã ſalubriter incedẽtes: merent̃ poſt vite p̃ſentis ergaſtulũ eterne beatitudinis effici ꝓfeſſores.

## ¶ De modo examinandi volentes intrare ordinem. Cap. I.

NOs igit̃ ordinẽ ipm̃ oportunis fauorib⁹ ꝓſeq̃ntes: ad ei⁹ augmẽtũ benignus intẽdẽtes ſtatuim⁹: vt oẽs quos ad ſuãdũ hmõi vite formã aſſumi ꝯtigerit: ãte aſſumptionẽ ſeu receptionẽ ipſorꝝ de fide catholica: ⁊ obediẽtia erga p̃fata eccl̃iam diligẽti examinatiõi ſubdãt̃. Et ſi eas profeſſi firmiter fuerint: vereqȝ crediderint: admitti ſeu recipi tute ſpoterit ad cãdẽ. ¶ Precauẽdũ ẽ tñ ſolicite hereticus ne q̃s vel ſuſpectus d̾ hereſi: aut ẽt infamatus ad vite obſuationem ipſius quomodolibȝ admittatur. Et ſi talez inueniri contigerit extitiſſe receptum: aſſignetur ille q̃ȝ totius inquiſitoribus prauitatis heretice puniendus.

## ¶ De forma recipiendi volentes intrare ordinem. Ca. 2.

CUm aũt fraternitatẽ hmõi q̃s intrare voluerit: miniſtri ad receptionẽ taliũ deputati: ei⁹ offiñ: ſtatũ: ⁊ ꝯditionẽ ſolerter explorẽt: ſibi fraternitatis eiuſdẽ onera: ⁊ p̃cipue alienorꝝ reſtitutionẽ aptius exponentes. Quib⁹ p̃miſſis: ſi eidẽ placuerit: iuxta modũ hmõi induat̃: ⁊ de alienis (ſi qua fuerit apd̃ eũ) ſatiſfacere ſtudeat in pecunia nũerata: vel ſm̃ exhibitã pignoris cautionẽ. Seqȝ nihilominus ꝓximis recõciliare ꝓcuret. ¶ Quibus oib⁹ ad effectũ pductis: poſt vni⁹ ãni ſpaciũ: cũ aliquorꝝ diſcretorꝝ frm̃ cõſilio: ſi is videbit̃ ipis idone⁹ recipiat̃ hoc mõ: vcȝ vt ꝓmittat ſe diuina p̃cepta oia ſeruaturꝝ: ac etiam ſatiſfacturum (vt conuenit) de tranſgreſſionibus

De receptiõ ad ꝓbatiõez

De receptione ad ꝓfeſſionem.

quas cõtra hũc viuẽdi modũ cõmiſerit:cũ interpellat⁹ ad viſitatoris extiterit volũtatẽ. Et hmõi ab eo facta ꝓmiſſio:p manũ publicã in ſcriptis inibi redigat. Alio aũt mõ nullus a miniſtris recipiat eiſdẽ:niſi viſum eis aliter fuerit:cõditione pſone:ac ipſi⁹ inſtãtia ſolicita cõſideratione diſcuſſis. ¶ Ordinam⁹ preterea ſtatuẽtes:vt nullus poſt ipſius fraternitatis ingreſſum:eã dẽ egredi valeat:ad ſeculũ reuerſurus. Poſſit tamẽ tranſitũ habere liberũ ad religionẽ aliã approbatam. ¶ Mulieribus vero viros habẽtib⁹ (niſi de ipoꝝ licẽtia ⁊ cõſenſu) nõ pateat ad ꝯſortiũ dicte fraternitatis ingreſſus.

*De ſtabilitate in ordine.*

*De mulieribus.*

## De forma habit⁹:⁊ qualitate indumentoꝝ. Capi. 3.

Fratres inſup ipſi⁹ fraternitatis:de humili pãno in ꝑcio ⁊ colore:nõ prorſus albo vel nigro cõiter veſtiant:niſi fuerit ad tẽpus in ꝑcio per viſitatores ꝺ ꝯſilio miniſtri ob cauſam legitimã ⁊ aptã:cũ aliquo diſpẽſatũ: Clamydes q̃q̃ ac pelles abſq̃ ſcolaturis ſciſſas vel integras:affibulatas tñ vel patulas vt ꝯgruit honeſtati. Clauſaſq̃ manicas frẽs habeãt ſupradicti. ¶ Sorores etiã chlamyde induant:⁊ tunica de hmõi humili panno factis:vl' ſaltẽ cũ chlamyde habeãt guarnellũ ſeu placẽtinũ coloris albi vl' nigri:aut paludellũ amplũ ꝺ canabo ſiue lino:abſq̃ vlla criſpatura conſutũ. ¶ Circa humilitatẽ ꝟo pãni ⁊ pellitones ſoroꝝ ipaꝝ:iuxta ꝯditionẽ cuiuſlibet eorũdẽ:ac loci ꝯſuetudinẽ poterit diſpẽſari. ¶ Bindis ⁊ ligaturis ſericis nõ vtant:pelles dũtaxat agninas:burſas ꝺ corio:⁊ corrigias ſimplicit' abſq̃ ſerico vllo factas:⁊ nõ alias:tã frẽs habeãt ꝙ ſorores:depoſitis ceteris: iuxta beati Petri aplorũ principis ſalubre ꝯſiliũ:vanis hui⁹ ſeculi ornamentis.

*De habitu ſororum.*

*Diſpẽſatio.*

## Q ꝺ non vadãt ad inhoneſta conuiuia ⁊ ſpectacula:⁊ ꝙ hyſtrionibus non dẽt. Capitulũ. 4.

Sit eis ad inhoneſta cõuiuia vel ſpectacula:ſiue curias:ſeu choreas acceſſus penit⁹ interdict⁹. Hyſtrionib⁹:ſeu vanitatis intuitu nihil donẽt. Et ne quicq̃ illis donet a ꝓpria familia:prohibere procurent.

## De abſtinentia:⁊ ieiunio. Capitulum. 5.

Ab eſu carniũ ſecũda:q̃rta:⁊ ſexta feria:dieq̃ ſabbi abſtieãt vniuerſi niſi aliud infirmitatis:vel debilitatis inſtãtia ſuaderet. Minutis ꝟo p triduũ carnes dent:nec ſubtrahant in itinere ꝯſtitutis. Sit q̃q̃ ipaꝝ cõmeſtio licita ſingulis cũ ſolẽnitatẽ ꝑcipuã interuenire ꝯtigerit: in qua ceteri xpiani ab antiq̃ epulis carneis veſci ſolẽt. Alijs aũt dieb⁹ in q̃bus ieiuniũ nõ ſuat:oua ⁊ caſe⁹ nõ negent. Sz ⁊ cũ religioſis ceteris in coꝝ ꝯuentualib⁹ domib⁹: licite ſũmere valeãt de appoſitis ab eiſdẽ. Sintq̃ prãdij : ceneq̃ refectiõe ꝯtenti:exceptis lãguidis:⁊ viatorib⁹:⁊ infirmis. ¶ Sit ſanis cib⁹ moderat⁹ ⁊ pot⁹:cũ text⁹ euãgelic⁹ hẽat. Attẽdite ne corda vr̃a crapula ⁊ ebrietate grauẽt. ¶ Prãdiũ aũt vel cena niſi ꝑmiſſa ſemel dñica orõne ſumat: poſt ſũptionẽ cuilibet cũ deo grãs iterãda. Q ꝺ ſi omitti ꝯtigerit:dicat trib⁹ vicib⁹ pr̃ nr̃. ¶ Qualibet vero ſexta feria toti⁹ ãni ieiuniũ celebret:niſi forte infirmitatis:vel alia cauſa legitima excuſent:vel niſi feſtũ natalis dñi feria ipa occurreret obſuandũ. Sed a feſto oĩm ſctoꝝ vſq̃ ad paſcha:quarta ⁊ ſexta feria ieiunabũt. Alia q̃ ab eccl'ia ſunt ſtatuta vel ordinarijs ex cã cõiter in dicta ieiunia:nihilomin⁹ ſeruaturi. In quadrageſima vero bti Martini: vſq̃ ad diẽ

*De ieiunijs ſeruandis.*

natiuitatis dñi: ꝛ a dñica qnquageſime vſqꝫ ad paſcha: dieb⁹ ſinglis (exceptis dñicis) ieiunare ꝑcurēt: niſi aliḋ fortaſſis infirmitas vl' neceſſitas alia ſuaderet. ¶ Sorores grauide: vſqꝫ ad ſue purificatiōis diē ab exercitatiōe q̈libꝫ corporali (orōnib⁹ dūtaxat exceptis) poterūt ſi voluerint abſtinere. ¶ Laborātes aūt (ꝑpter fatigatiōis afficiētis inſtātiā) a dñice reſurrectionis feſto vſqꝫ ad feſtiuitatē bt̄i Frāciſci ꝑdicti: ter in die qua exercitio laboris incūbēt: licite ſumere cibū pn̄t. Cū vero illos ꝯtigerit alioꝝ imminere laborib⁹: de cūctis appoſitis: die quolibꝫ ſumere licebit eiſdē: niſi ſexta feria: vel dies ſit alia i qua gn̄al'r ab eccl'ia ieiuniū noſcit̄ inſtitutum.

Diſpenſatio ꝑ ſororib⁹: ꝛ laboratorib⁹

¶ Quoties debēt ꝯfiteri ꝑ annū: ꝛ ſumere corpus xp̄i. Cap. 6.

Singuli aūt frm̄ ꝛ ſoroꝝ ipoꝝ: ter in āno: vꝫ in natl'i dn̄i: in reſurrectionis ipſi⁹: ꝛ pētecoſtes feſtiuitatib⁹ pc̄ta ꝓpa ꝯfiteri: ꝛ euchariſtiā deuote ſuſcipe nō poſtponāt: recōciliādo ſe ꝓximis: ꝛ reſtituēdo ēt aliena.

¶ Qḋ nō ferant arma impugnationis. Cap. 7.

Impugnatiōis arma ſecū frēs nō ꝺferāt: niſi ꝑ ꝺfenſiōe romāe eccl'ie. xp̄iane fidei: vel ēt terre ipoꝝ: aut de ſuoꝝ lnia miniſtroꝝ.

¶ De dicendis horis canonicis. Cap. 8.

Dicāt vniuerſi cotidie ſeptē horas canōicas. vcꝫ. matutinū. ꝑmā. terciā. ſextā. nonā. veſpas ꝛ ꝯpletoriū. Clerici vcꝫ ſciētes pſalteriū: ꝑ ꝑma. De⁹ in noie tuo. Bt̄i immacu. vſqꝫ ad Legē po. ac alios horaꝝ ꝑs iuxta clericoꝝ ordinē: cū Gl'ia pr̄i dicāt. ¶ Cū ꝟo ad eccliaꝫ nō accedēt: ꝑ matutiō ꝑs dicere ſtudeāt quos dicūt clici: vl' eccl'ia cathedralis: vel ſaltē vt illitterati alij: ꝑ matutino. xij. ꝛ ꝑ alia q̈libꝫ hora ſeptē vicibus pr̄ nr̄: cū gl'ia pr̄i dicere nō omittāt. In qb⁹ vcꝫ ꝑme ac ꝯpletorij horis minorē ſymbolū: ꝛ miſere mei. adijciāt q nouerūt. Sꝫ ſi horis: nō dixerit ꝯſtitutis: dicāt trib⁹ vicib⁹ pr̄ nr̄. ¶ Infirmi aūt horas hmōi nō teneāt̄ dicere: niſi velit. ¶ In q̈dragesima ꝟo ſc̄ti Martini: ꝛ ēt in maiori: eccl'ias in quaꝝ parrochijs habitāt: matutinalib⁹ horis ꝑſonal'r adire ꝑcurent: niſi cauſa rōnabili excuſentur.

De infirmis
De tpe q̈dragesime.

¶ Qḋ oēs q de iure pn̄t faciāt teſtamētū. Cap. 9.

Omnes ꝑterea qbus de iure facultas affuerit: ꝯdāt ſeu faciāt teſtamētū: ꝛ de bonis ſuis infra tres mēſes poſt eoꝝ igreſſuꝫ imediate ſeq̄ntes ordinēt ꝛ diſponāt: ne quēq̃ illoꝝ ꝯtingat decedere inteſtatum.

¶ De pace reformanda inter frēs ꝛ alios extraneos. Cap. 10.

De pace ꝟo inter frēs ꝛ ſorores: aut ēt exteros in diſcordia poſitos faciēda: ſicut miniſtris videbit̄ ita fiat: adhibito (ſi facultas affuerit) ep̄i dioceſani conſilio in hac parte.

¶ Qn̄ moleſtant̄ ꝯtra ius aut eoꝝ ꝑuilegia. Ca. 11.

Si ꝟo frēs vel ſorores ꝯtra ius vel eoꝝ ꝑuilegia ꝑ ptātes ſeu rectores locoꝝ vbi domiciliū obtinēt: vexatiōib⁹ impetant̄: miniſtri loci ad ep̄os ꝛ alios locoꝝ ordinarios ſtudeant h̄re recurſum: iuxta ꝯſiliuꝫ ꝛ ordinationem ipoꝝ in talibus ꝑceſſuri.

¶ Qḋ caueant in q̄ꝫtū pn̄t a iuramentis ſolēnibus. Ca. 12.

A Iuramētis aūt ſolēnib⁹ oēs abſtineāt: niſi neceſſitate cogēte: in caſib⁹ ꝑ indulgētiā aplice ſedis exceptis: vcꝫ ꝓ pace. fide. calūnia: ꝛ teſtionio

De penitẽtia iurantiuꝫ. ꝑhibẽdo:ac etiã in cõtractu ẽptiõis:vẽditionis:⁊ donationis: vbi videbiꝛ expedire. ¶ In cõi quoqꝫ loq̃la vitẽt ꝓut poterũt iuramẽta. ¶ Et q̄ die aliq̄ minꝰ caute iurauerit lapſu ligue(ꝓut ↄtigere i multiloqo ↄſueuit)die ipo in ſero cũ dꝫ recogitare q̄d fecerit:dicat tribꝰ vicibꝰ orõnẽ dñicaꝫ ꝓpꝛ incaute facta hmõi iuramẽta. Memor aũt ſit q̄lꝫ vt ad diuia obſeq̄a familiã ꝓpꝛiam exhorteꝛ.

¶ De audiẽda miſſa:⁊ ↄgregatione faciẽda. Capi. 13.

Uniuerſi ſani frẽs ⁊ ſorores cuiuſcũqꝫ ciuitatis:aut loci: diebꝰ ſingulꝛ (ſi cõmode poterũt)miſſi officiũ audiãt. Et mẽſe q̄lꝫ ad eccl̃iam ſiue loca:ad quã vel ad quẽ miſtri curauerit intimare:ↄueniãt:miſſarũ ſolẽnia inibi audituri. ¶ Unuſq̄ſqꝫ aũt vſualis monete denariũ miſſario tribuat:q̄ pecuniã hmõi colligat:⁊ eã d̃ ↄſilio miſtroꝝ inter frẽs ⁊ ſorores paupertate grauatos:⁊ ꝑcipue infirmãtes:ac eos q̄ funeris carere dignoſcunꝛ exeqjs:⁊ deinde inter paupes alios diuidãt ↄgruẽter. ¶ Offerãt inſuꝑ de ipa pecunia eccl̃ie memorate. Tũcqꝫ(ſi cõmode poterũt)virũ religioſuꝫ ⁊ in verbo dei cõpetẽter iſtructũ hr̃e ꝓcurẽt:q̄ eos ad pniaꝫ:⁊ mĩe opa exercẽda horteꝛ:ſolicite moneat ⁊ inducat. ¶ Studeat q̄lꝫ dũ miſſe celebraꝛ offm̃: ⁊ ꝑdicatiõis ꝟbũ ꝓponiꝛ:ſuare ſilẽtiũ:orõni ⁊ officio ſit intẽtꝰ:niſi cũ cõis vtilitas fraternitatis ipediat.

¶ De fratribꝰ infirmis:⁊ defunctis. Capitu. 14.

Cum aũt quẽcꝫ ex fratribꝰ infirmari ↄtigerit:miniſtri ꝑ ſe vel ꝑ alium ſeu alios(ſi hoc eis infirmꝰ fecerit intimari)ſemel in hebdomada viſitare teneanꝛ egrotũ:ipm ſolicite ad recipiẽdũ pniaꝫ(ꝓut meliꝰ ⁊ efficatius expedire putauerint)inducẽtes:neceſſaria illi d̃ bonis cõibꝰ miniſtrãdo. ¶ Et ſi ꝑfatꝰ infirmus d̃ pñti luce migrauerit:fratribꝰ ⁊ ſororibꝰ tũc in ciuitute vel loco vbi eũ ↄtigerit mori ꝑſentibꝰ nũcieꝛ:vt defuncti exeqjs ꝓcurent ꝑſonalr̃ intereſſe:A q̄bus dõec miſſaꝝ fuerit celebrata ſolẽnia: ⁊ corpꝰ tumulo ↄditũ:nõ recedãt. ¶ Hoc quoqꝫ circa ſorores infirmas ⁊ decedẽtes voluDe exeqjs faciendis. De recitãdiſ ꝑ defuncta. mus obſuari. ¶ Preterea infra octo dies poſt ipſiꝰ ſepulti obitũ immediate ſequẽtes:quilꝫ frm ⁊ ſoroꝝ ipaꝝ dicat ꝓ aĩa eiꝰ:ſacerdos vꝫ miſſam vnam. Sciẽs pſalteriũ, 50. pſalmos:⁊ illiterati totidẽ Pr̃ nr̃: ⁊ in fine cuiuſlibꝫ Requiẽ eternã adijciat. Et poſt hec:infra ãnuꝫ ꝓ fratrũ ⁊ ſoroꝝ tã viuoꝝ q̄ꝫ defũctoꝝ ſalute:tres miſſas faciãt celebrari. Qui vero pſalteriũ ſciuerint:illud dicãt:⁊ ceteri orõnẽ dñicã cẽties dicere nõ omittãt:⁊ requiẽ eternã in fine cuiuſlibet additur i.

¶ De miniſtris. Capitu. 15.

Miniſteria quoqꝫ ac alia officia q̄ ꝑſentis formule ſeries exprimit:impoſita ſibi quiſqꝫ deuote ſuſcipiat:curetqꝫ fideliter exercere. ¶ Officiũ aũt cuiuſlibet:certi tẽporis ſpacio limitetur. Nullus miniſter inſtituatur ad vitam:ſed eius miniſterium certum tempus comprehendat.

¶ De viſitatione:⁊ correctione delinquentium. Capi. 16.

Ad hec miniſtri:⁊ frẽs:ac ſorores ciuitatis ⁊ loci cuiuſlibꝫ ad viſitationẽ cõem in aliq̄ loco religioſo vel eccl̃ia vbi locũ hmõi cõtigerit deeſſe ↄueniãt ⁊ viſitatorẽ hẽant ſacerdotẽ:q̄ alicuiꝰ approbate religiõis exiſtat:q̄qꝫ illis de cõmiſſis exceſſibꝰ iniũgat pniaꝫ ſalutarẽ. Nec quis aliꝰ poſſit eis hmõi viſitationis offm̃ exhibere. ¶ Qr̃ ꝟo ꝑſens viuẽdi forma inſtitutionẽ a btõ Frãciſco ꝑlibato ſuſcepit:ↄſulimꝰ vt viſitatores ⁊ informatores d̃

Q̃d viſitator ſit ordis minorũ.

frm minor ordine aſſumant:quos cuſtodes vl'guardiani eiuſdē ordinis cū ſup hoc requiſiti fuerint:duxerint aſſignādos. Nolum⁹ tñ ꝯgregationē hmōi a laico viſitari. Hmōi aūt viſitatiōis offm̄:ſemel exerceat in ānno:niſi neceſſitate aliqua ſuadēte fuerit pluries faciēda. ¶ Incorregibiles vo:ac inobedientes:monitio trina pueniat. Qui ſi ſe corrigere nō curauerit:de ipſi⁹ ꝯgregationis ꝯſortio expellant oīno:de ꝯſilio diſcretor. De incorregibilibus.

¶ De vitandis litigijs inter ſe:z cū alijs. Ca.17.

Vitent inſup frēs z ſorores(iuxta poſſe)litigia iter ſe:illa(ſi ſuſcitari contigerit)ſolicite dirimēdo. Alioqn de iure corā illo rñdeāt:apd quem poteſtas reſidet iudicandi.

Qualr p quos in abſtinētijs poſſit diſpēſari. Ca.18.

Ordinarij aūt locor:vel viſitator cū frib⁹ z ſororib⁹ vniuerſis:i abſtinētijs.ieiunijs:z auſteritatib⁹ alijs:ex cauſa legitima(cū expedire viderint)poterunt diſpenſare.

Qd miniſtri eor manifeſtas culpas denūciēt viſitatori. Ca.19.

Miniſtri vo māifeſtas frm̄ z ſoror clpas viſitatori dnūciēt puniēdas. ¶ Et ſi qſqz icorrigibilis fuerit:poſt trine admonitionis inſtātiam:a miniſtris(de diſcretor frm̄ aliquor ꝯſilio)viſitatori nunciet eidē:de fraternitatis ꝯſortio abijciēd⁹ ab ipo:z in ꝯgregatiōe poſt modū publicād⁹. De incorregibilibus.

Qualr in pdictis nemo obligat ad culpā mortalē. Ca.20.

Ceterū in pmiſſis oib⁹:ad q frēs vri ordinis nō ex diuinis pceptis: vel ſtatutis tenent ecclie:nullū ipſor ad mortalē culpā volum⁹ obligari: ſz impoſitā ſibi pniam p trāſgreſſiōis exceſſu prompta hūilitate recipiat:z efficaciter ſtudeat adimplere.

¶ Nulli ergo oīno hoim liceat:hāc paginā nri ſtatuti:z ordinatiōis infringere:vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs aūt hoc attētare pſumpſit:indignationis oipotētis dei:z btōr Petri z Pauli aplor ei⁹ ſe nouerit incurſur. Datū Reate.16.kl's Septēbris:pōtificatus nri:anno.2.

## ¶ Incipit plogus ſcde regule: ſeu forme viuendi fratrum z ſororuz:de penitentia ſeu tertij ordinis ſancti Franciſci.

Sciendū:q leo.x.ordinauit denuo rlaz p frib⁹ z ſororib⁹ tertie rle bti Frāciſci: q tria vota eēntialia emittūt:z i ꝯgregatiōe viuūt. Et qz hmōi noua rla nūq̄ fuit impſſa in aliquo libro ordis:ideo ope pciū viſuz ē illā hic inſerere. ¶ Sz aduertēdū:q pdicta ordinatio rle: facta ē bis vel ter ab eode Leone.x.z nō vniformiter Quar vltima videt melior:z q in partib⁹ Hiſpaniar p Reuerēdū prem miniſtrū gñalē triū ordinū bti Frāciſci recepta z diuulgata:necnō z oib⁹ pdictis tertiarijs tradita eſt. Idcoqz pfatā vltimā rlam(reliqs omiſſis)impmere curaui de vbo ad verbū:put ſeqt. ¶ Dilectis filijs frib⁹ z ſororib⁹ tertij ordinis beati frāciſci:ſub tribus votis eſſentialibus in ꝯgregatione viuentibus. Collector.

Prohemiuꝫ pontificale.

# LEo papa.x. Dilecti filij ac filie:

ſalutē ⁊ aplicā bn̄onem. Inter cetera nr̄o regimini credita: ea
nos potiſſime ſolicitos reddunt: ꝑ q̄ frenatis mūdi: carniſqꝫ
ↄcupiſcētijs: innocētie ꝑmeqꝫ pacis celit⁹ collate trāqll⁹ ſtat⁹
ad ſuā primeuā reduci cognoſcit originē. ¶ Dudū ſiqdē hu
ius gr̄a Nicolaus papa. 4. ꝑdeceſſor nr̄: tertiā regulā bt̄i Frāciſci quā de pe
nitētia appellauit: ꝑ quā alm⁹ ↄfeſſor hoīes vtriuſqꝫ ſex⁹ fideles: ſpū dei ple
nus ſaluare ↄtēdebat: ↄfirmauit ⁊ approbauit. ¶ Uerꝫ q2 tp̄is decurſu ſpirā-
te illo ſpū ſctō: nō ſolū viri ↄiugati: mūdiqꝫ hui⁹ incole: ꝑ qb⁹ a btō Frāciſ-
co ꝑfata tertia regula edita fuerat: verꝫ ēt innumerarꝫ v̄ginū chori: trib⁹ eēn-
tialib⁹: ⁊ a qbuſdā ēt clauſure nr̄a auctoritate aſſumptis votis: cōſtructiſqꝫ
monaſterijs q̄ꝫplurimis: nō ſine militātis ecclie fructu multiplici: ⁊ edifica-
tione: ꝑfati tertij ordinis iugo ſua colla ſubdiderūt. ¶ Et qm̄ in dicta tertia
regula q̄dā maritatis accōmoda: celebi ꝟo: v̄gineoqꝫ ſtatui ſub hmōi tertia
rl̄a dn̄o famulātib⁹: nullaten⁹ decētia innectūt: ob qḋ caſtorꝫ aiorꝫ nitidi af-
fectus ab ingreſſu dicti ordinis nōnunq̄ꝫ auertunt: nos iuxta dn̄i volūtatē:
ꝑcioſum a vili ſeparantes: eandē tertiā regulā in modū q ſeqt diſtinctā: de
nouo ↄfirmamus ⁊ approbamus: ac vob ac ſucceſſoribus vr̄is ſeruandam
tranſmittimus: cuius tenor ſeqtur ⁊ eſt talis.

## ℭ De nouiciorꝫ: ſeu nouiciarꝫ ingreſſu. Cap̄. 1.

Coditiones recipiēdorꝫ.

FRēs ſeu ſorores ad hūc tertiū ordinē recipiēdi: debent eſſe fideles ca-
tholici. de hereſi nō ſuſpecti. in obediētia romane ecclie firmi. matri
monio nō ligati. debitis expediti. corꝑe ſani. aio ꝓ̄mpti. nulla vulgari
infamia maculati. cū ꝓximis recōciliati. Et de ijs oib⁹ anteq̄ꝫ recipiāt: ab eo
q recipiendi hꝫ facultatem: ſunt diligenter examinandi.

## ℭ De his q̄ hn̄t ꝓmittere frēs ⁊ ſorores in ꝓfeſſio-
## ne huius tertie regule. Cap̄. 2.

¶ De habitu frm̄ ⁊ ſororꝫ.

FRēs ⁊ ſorores poſtq̄ꝫ ꝑ vnū integrū annū habitū ꝓbatiōis detulerint
(q de vili pāno: arbitrio viſitatoris eē debꝫ) ſi conuerſatio laudabilis
fuerit apd̄ ↄuētū in quo qs: vel q̄ habitū ꝓbationis portauerit: de cō-

De forma ꝓfeſſionis.

ſilio diſcretorꝫ dicti ↄuent⁹: ad ꝓfeſſionē dicti ordinis recipiat. ¶ In qua ꝓ-
feſſione ꝓmittat ſeruare mandata dei: ac ſatiſfacturꝫ de trāſgreſſioib⁹ quas
facere poſſet in futurꝫ ↄtra hanc tertiā regulā: vbi a ꝓlatis reqſitus fuerit: vi-
uendo in obedientia: ſine ꝓprio: ⁊ in caſtitate.

## ℭ De ieiunio. Cap̄. 3.

FRēs ⁊ ſorores ꝑpetuis tp̄ibus feria ſcd̄a. quarta. ſexta. ⁊ ſabbato. (ex-
cepto dn̄ice natiuitatis feſto) carnes nō comedāt. Et a feſto oim ſcōꝝ
vſqꝫ ad reſurrectionē dn̄i: omi feria quarta ⁊ ſexta ieiunare teneant.
Ac ſilr̄ qualibꝫ ſexta feria toti⁹ anni. ¶ Itē a feſto bt̄i Martini vſqꝫ ad nati
uitatē dn̄i ieiunēt cotidie: iūcta quadrageſima vniuerſalis ecclie vſqꝫ ad re

De laboratoribus.

ſurrectionē dn̄i: quā tn̄ a qnquageſima incipe debēt. ℭ Diebus vero qbus
nō ieiunat: bis in die dūtaxat comedāt. ¶ Excepto q a feſto paſche vſqꝫ ad
mēſem octobris: laborātes penoſo: ſeu graui labore: ter in die refici poterūt: ie-

Iuniorum ſemper diebus exceptis. Poterunt autem itinerantes. infirmi. de
biles: tempore neceſſitatis ieiunium ſoluere.

¶ De diuino officio: et oratione. Capitulo. 4.

FRatres ⁊ ſorores in eccľia ſeruent ſiléntiũ: pſertí qñ miſſa celebrať: vľ ſer De ſilentio.
mo dei ꝓponiť. De alijs vero locis: ſeruét qđ ꝑ ſuos ſuꝑiores circa ſi
léntiũ illis fuerit ordinatũ. ¶ Debét etiá quolibet die in ſero: intra ſe et
deũ cogitare qđ fecerit: ⁊ dixerit: vel cogitauerit. ¶ Quolꝫ aũt die (ſi potuerit De miſſa au
cómode) debeát audire miſſá. Et ꝓcurare debét ꝙ héant virũ religioſum: q dienda.
illis verbũ dei certis dieb⁹ ꝓponat: ⁊ eos ad pniãꝫ ⁊ virtutes inducat. ¶ Illi
aũt vel ille: q vel q̃ horas canonicas ſciũt ꝑ ſe dicere: debent horas canonicas Pro clericis
ſm vſũ ſcté romane eccľie pſoluere. ¶ Qui ꝟo horas canonicas neſciũt dice Pro laicis.
⁊ nō rebꝰ:qđ non patit̄ ius aliqđ:nec naturalis ratio. Sic ergo cū intētio le-
gis latoꝛis leg debeat qñ de illa cōſtat modo curādo de verbis ſeu tenoꝛe lit-
terali:licet aliud de rigoꝛe ſignificare videat̄:vt in cap̄. vltimo de regulis iu-
ris li.6.qꝛ rō legis eſt qđ dat illi verū eſſe:vt in cap̄. Ratio.đ ꝓbendis:⁊ cuꝫ
cōſtet ꝙ intētio ⁊ finis pr̄is nr̄i ac legiſlatoꝛis nr̄e regule in hmōi ꝓhibitio-
ne fuit ad āmouendū periculū ⁊ ſcandalū q̄ ſequi poterāt ex tali cōuerſatio-
ne:⁊ iſta nō minuant̄ ꝓpter differentiā iſtoꝝ vel illoꝝ nominū: ſiue dicantur
monache.mōiales.ſoroꝛes.dñe paupes:vel ſancti damiani: aut tertiarie: ſeu
quocūqꝫ alio nomine nūcupent̄ femine exiſtētes in congregatione religioſa:
notum eſt ꝙ in omnibꝰ illis habet locū ꝓhibitio ſupradicta regule q̄tum ad
fratres minoꝛes:q̄uis:vt dictū eſt:eccleſia iſtud met nō declaraſſet. Sed qꝛ đ
ſoroꝛibꝰ q̄ dicunt̄ tertij oꝛdinis viſum eſt aliquibꝰ aliter dicēdū:tractabit̄ đ
hoc ſpecial̄r inferius cōcluſionē ſequēti. Et hec de pꝛima dixiſſe ſit ſatis.

SEcunda cōcluſio eſt qđ fratres minoꝛes erga monaſteria ſeu loca monialiū vel ſoroꝛum ter
tij oꝛdinis:eodē modo ſe habere debēt ſicut de monaſterijs ſā
cte Clare dictū eſt:q̄uis ſufficiēter:ꝑ ſupius in pꝛima cōclu-
ſione adducta ꝓbata ſit:tñ ad obſtruēdū oꝛa loquentiū iniq̄:
ſpecialiter ſeu in particulari ꝓbabit̄. ¶ Pro cuius declaratione ⁊ ꝓbatione — De pꝛimeua
ſupponitur:ꝙ modus viuēdi tertiarioꝝ a pr̄e nr̄o Franciſco inſtitutus nō — inſtitutione
fuit:ꝑ viris aut feminis religioſis:que deberēt viuere collegialiter:ſeu in cō- — tertiarioꝝ.
gregatione:vel in cōmuni.ꝓ talibꝰ eni eam ipe oꝛdinauerat duas regulas. ſ.
minoꝝ ꝓ viris:⁊ ſancte Clare ꝓ feminis. Sed tertiā regulā:ſeu modū viuē
di oꝛdinauit ꝓ exiſtētibus in ſuis ꝓpꝛijs domibus:etiā ſi eſſent ⁊ manerent
cōiugati:put dicit gloſa in clemēti. Cū ex eo de ſentētia excōis. Et tales ꝓpe
non erāt nec dicebant̄ religioſi aut frēs:vel ſoroꝛes ſed ſolū ꝯtinentes:aut pe-
nitētes:ſeu tertiarij ⁊ tertiarie:vel bizoque:vt in italia:vel beate: vt in hiſpa-
nia. Et ideo de talibꝰ dicūt doctoꝛes:pꝛeſertim gloſa in clemētina p̄ma de reli
gioſis domibꝰ:⁊ in ſupꝛadicta clemētina. Cū ex eo.ꝙ ſoroꝛes minoꝝ q̄ dñr
tertij oꝛdinis:lꝫ ꝓmittāt obediētiā:nō habēt regulā ꝓpꝛie dictā quo ad tria
ſubſtātialia:ſed quedā modū viuēdi ꝑ ſedē aplicam appꝛobatū. Et iſte ter-
tius oꝛdo etiā ꝓ viuentibꝰ in cōiugio maribus ⁊ feminis adinuētus ē. Im
mo pꝛincipalit̄ ꝓ talibꝰ. Et habēt ꝓfeſſi ꝓpꝛiū in ſingulari. Et potiꝰ eſt modꝰ
viuendi:q̄ꝫ ꝓpꝛie dicatur regula. Eſt tñ appꝛobatꝰ ꝑ Nicholaū. 4. Et qꝛ nō
vouēt tria ſubſtātialia q̄ ſunt in religione:nō eſt ꝓpꝛie oꝛdo. Et abbas in cap̄. — Nicholaꝰ
Cauſam. đ iudicijs:dicit:ꝙ iſti de tertio oꝛdine ſcti Frāciſci appellant̄ frēs — papa.4.
⁊ ſoroꝛes in clemētina. Cū ex eo đ ſentētia excōis: ſed nō ſimpl̄r:ſed đ penitē
tia. Et in cōcilio lateranēſi celebꝛato āno dñi.1516. in quadā determinatiōe
q̄ facta eſt circa hmōi tertiarios q collegialit̄ nō viuunt:nominātur frēs ⁊ ſo
roꝛes tertij oꝛdis vt habet̄ ffo.26. Ideoqꝫ ingredi domꝰ tertiarioꝝ hmōi:q̄
in cōmuni nō viuū vel in ꝯgregatione:ſꝫ in ꝓpꝛijs ⁊ pticularibꝰ domibꝰ ſu-
is:nō eſt ingredi monaſteria. Nec ꝑ ꝯñs ſic intrans tranſgreditur regulam:

De ſecunda iſtitutiõe tertiarioꝝ.

ſm̄ declarationes gregorij.9.ꝛ nicholai.3. ¶ Sȝ qꝛ poſtea ſedes aplica dedit tertiarijs facultatē collegialiť viuēdi: illis q ſic ĩ cõi viuere vellēt: multiqȝ ex ipis poſuerũt ſe in ꝯgregatiõe: Sixt⁹,4. informat⁹ ꝙ tales faciebāt tria vota eſſentialia religionis ſolēniter in māib⁹ ſuoꝝ ſupioꝝ ꝛ corā ſuo collegio vel ꝯgregatiõe: declarauit: ꝙ hmõi votũ in oib⁹ ꝛ p omnia hēret eundē effectũ ꝛ vigorē quē hñt in quacũqȝ aliaꝝ religionũ p eccliaȝ approbataꝝ: vt hētur fo. 33. tracta.2.ꝛ ffo.117.

Sixt⁹ papa.

℃ Cũ ergo poſt pfatā declarationē Sixti: femine pfitētes ſolēniter tertiā regulā ſancti Frāciſci: ꝛ collegialiť ſeu in cõi viuētes: ſint vere ac ꝓpe religioſe: ſequiť: ꝛ eſt clarũ ꝙ eandē ꝓhibitionē hñt frēs minores circa ingreſſũ ſuaꝝ habitationũ: ꝛ acceſſũ ad loca exteriora: vbi ſeculares cõiter accedũt: ſicut hñt erga alia monaſteria quarũcũqȝ religioſaꝝ ſeu mõacharũ. Et in hoc nõ eſt q dubitet: niſi qui vult claudere oculos intellect⁹: nolēs intelligere. ꝛc.

Eugenius.

℃ Sed ad āpliorē abũdantiā ꝛ ſup abundantiā: volēs Eugeni⁹.4. aliqbus ꝓteruie: ac exceſſiue deuotis erga tertiarias hmõi: penit⁹ amouere cām altercādi ampli⁹ in hoc: ordinauit in bulla q̄ hētur. fo.46. tractatu pmo. ꝛ ffo.42. ꝙ in omnib⁹ tertij ordinis ſoroꝝ ꝛ monialiũ collegijs: frēs minores: de acceſſu ꝛ ingreſſu ſic ſe habeant ſicut ſeruať in monaſterijs ſancte clare. Quid clarius queri aut inuenire poteſt?

Additio.

## ℃ Additio.

℃ Sed adhuc forte ꝯtra pdicta inſurget aliqs dicēdo nõ eē ꝓhibitum ingreſſum monaſterioꝝ hmõi tertiariarũ: qꝛ in quodā breui Leonis decimi ſic cõtineť. Et pariter ad tertiarias ĩ cõgregatione viuētes: ad quas accedere: lȝ ꝓhibitũ nõ ſit. ꝛc.

ffo.17.

Verũ tñ ſic dicētes: grauiť errāt: ꝛ ad pauca reſpicientes: de facili paralogizanť. Prefata nāqȝ verba poſita ſunt in relatione aut ſupplicatione pdicti breuis a ſupplicāte: q hoc pſupponebat veluti certũ ꝛ indubitatũ. Falſitas tñ hui⁹ pſuppoſiti patet tā ex regula nr̄a bene põderata: vt ſupra in declarationibus eius: ꝛ pſertim ex ꝺterminatione Eugenij.4. ſupius poſite. Ac p ꝯñs illud breue eſt ſubreticiũ ꝛ nullius valoris quo ad cõceſſionē fundatā ſup prefatā relationeȝ. Idcirco indubie tenēdũ eſt: ꝙ nulli frēs minores: etiā ſi ſint prelati: queunt magis ingredi monaſteria tertiariaꝝ collegialiter viuētiũ: q̄uis nõ ſeruēt clauſurā: ꝙ monaſteria ſancte Clare. Ad qꝺ facit ordinatio eiuſdē Leonis contēta in regula noua quā ipſe edidit ꝓ tertiarijs: vbi capi.8. dicit: ꝙ viſitator viſitet quolibȝ āno ſemel tm̄ q̄libet domũ: cũ preſentia ſenioꝝ: ꝛ ꝙ facta viſitatione nõ debet intrare officinas nec alia interiora ſoroꝝ. ¶ Nec ſimiliter pñt prelati ſeu viſitatores ꝓ talib⁹ monaſterijs: alijs pſonis licētiam ad ingrediēdum cõcedere. Ac ꝓpterea illud qꝺ in pfato breui Leonis dr̄. ſ. ꝙ in capitulꝭ gñalibus ꝛ ꝓuincialib⁹ ꝓuideať de modo intrādi ad tertiarias. ꝛc. nihil penitus operatur: qꝛ fundať ſuper prefata relatione falſa. ſ. ꝙ non ſit ꝓhibit⁹ ingreſſus monaſterioꝝ tertiariarũ.

Capitulum generale.

¶ Protraxi tm̄ ſermonē in hoc: qꝛ expientia didici op⁹ eſſe oibus fundamētis ſupius aductis pſerti in hoc qꝺ tāgit religioſas tertiarias: qꝛ in q̄dā capi. gñali celebrato in oppido antuerpie: vidi altercatiõeȝ ptinacē circa hoc: vbi qdā noluit huic vitati māifeſte aſſētire quouſqȝ in pleno cap. gñali fuit ꝓpoſitũ ꝛ declaratũ: vt ſupradictũ ē: hñdo hoc

ꝑ tã manifeſto ⁊ euidẽti:ꝙ noluerũt aducere aliã ꝓbationẽ ad hoc niſi regu-
lã ⁊ ꝺclaratiões ei⁹.Et ſic ẽ vere:ꝙ totũ reliquũ hic adductũ ad ꝓbationẽ cõ
cluſiõis põt dici ſupfluũ intelligẽti ſuã ꝓfeſſionẽ:⁊ nolẽti ꝓteruire.¶ Sꝫ ad-
huc ꝑ hmõi ꝯcluſiõe ẽ notãdũ ⁊ põderãdũ:ꝙ Eugeni⁹ in ordinatiõe ſupi⁹
adducta:tertiarias in cõi viuẽtes appellauit mõiales. Ex quo appꝫ : ꝙ non
ſũt tales ille q̃ in vulgari hiſpano dñr btãs:ſꝫ btãs ſunt:vel pñt dici q̃:vt vul
garit dr̃:accipiũt toca.i.velamẽ ſeu velamẽtũ capitis lineũ:quo nõ vtũt cõit
cõiugate:nec domicelle:aut ſolute femine ſeculares: ⁊ remanẽt;in ſuis domi-
bus ⁊ facultatib⁹ tꝑalibus:ſiue ſint coniugate:aut vidue:ſiue non. Defectu
aũt huius intelligẽtie:ac diſtinctionis prefate:habuit originẽ error illius qui
pertinaciter aſſerebat nõ eſſe ꝓhibitum ingreſſum ad clauſuram tertiariarũ
collegialiter viuentiũ:dicendo ꝙ tales nõ erant religioſe:nec monache:ſꝫ bea
te:equiparando viuẽtes collegialiter:his q̃ manẽt in ſuis ꝓprijs domibus ⁊
facultatibus:ſicut alie perſone ſeculares.Et hec de ſecunda concluſione.

TErtia cõcluſio:vꝫ ꝙ nullus īfe-
rior ſũmo põtifice:niſi ei⁹ vices q̃ ad hoc gerat põt dare licẽ-
tiã fratri minori ad ingrediendũ clauſurã quorũcunqꝫ mo-
naſterioꝝ monialiũ:exꝓſſe hẽtur.11.ca.regule cũ ait. Frẽs nõ
ingrediant̃ monaſteria monachaꝝ:niſi illi qbus a ſede aplica Nota.
ꝯceſſa ẽ licẽtia ſpãlis.Et notãdũ:ꝙ dicit ſpãlis:q2 licẽtia gñalis nõ ſufficeret:
put ẽ illa q̃ gñaliter dat̃ in ꝯfeſſionalib⁹ aut bullis cruciate:ſeu alijs ſil'ib⁹ cõ
ceſſionib⁹:q̃ nõ faciũt ſpãlẽ mẽtionẽ ꝺ fratrib⁹ minorib⁹.¶ Et q2 vrban⁹.4 Urban⁹ pa-
vt pꝫ in.8.regula quã edidit ꝓ monialib⁹ ſctẽ clare q̃ hẽt̃ fo 288. tracta.3.et pa.4.
ffo.297.tracta.2.ꝯceſſit cardinali ꝓtectori ordinis facultatẽ dãdi licẽtiã ad
ingrediẽdũ mõaſteria ſctẽ clare:⁊ forte dict⁹ ꝓtector laxabat circa hoc habe-
nas pluſq̃ oportebat:⁊ gñalis:ac ꝓuiciales miniſtri:alijqꝫ hñtes gubernatio
nẽ hmõi monialiũ credebãt poſſe ſil'r vt ꝓtector facere:ꝑtim q2 gregori⁹.10
ꝺdit quãdã facultatẽ miniſtro gñali ſup hoc:vt hẽt̃ fo.11.tra.3.⁊ ffo.5.tra.2
vñ ſeqbant̃ aliq̃ incõuenientia:Martin⁹.5.reſtrixit:⁊ ãmouit dictã facultatẽ Marti. pa-
ꝑ regulã monialiũ ab Urbano ꝓtectori datã:ſic appꝫ ꝑ bullã q̃ hẽtur fo.38. pa.5.
tra.pmo.⁊.ffo.36.dicẽs.Preterea ꝺcernim⁹:ꝙ exceptis his ꝺ qb⁹ in ꝯſtitu-
tionib⁹ felicis recordatiõis Bñdicti.12.ꝑdeceſſoris nr̃i:nulli oĩno hoim : tã
regulariũ q̃ ſclariũ:cuiuſcũqꝫ grad⁹.⁊ ꝑheminẽtie.dignitatis.excellẽtie.no
bilitatis.⁊ ꝯditionis fuerit:ꝓtextu ſibi ꝺſup q̃uis auctate ꝯceſſe:cuiuſcũqꝫ li-
cẽtie:qua ſil'r caſſam⁹.irritam⁹:⁊ ãnullam⁹:monaſteria ſeu loca ſoroꝝ ⁊ mo
nialiũ ſctẽ clare:ſeu aliq̃ꝺ ex eis ingredi:nec etiã ꝓtectori aut gñali miſtro di
cti ordis minoꝝ:ꝓ tꝑe exñtib⁹:ſeu ꝓuicialibus miſtris:⁊ qbuſcũqꝫ viſitato
rib⁹ licẽtiã ſup ingreſſũ hmõi alijs ab exceptis antedictis:incõſulto romano
põtifice ꝯcedere liceat q̃quo mõ.Hec martin⁹.5.vbi ſ. ¶ Et quia ꝑfat⁹ papa
martin⁹.5.ĩ bulla ꝺ q̃ ſupi⁹mẽtionẽ fecim⁹ dixit ꝙ exceptis his ꝺ qb⁹ ĩ ꝯſtitu
tionib⁹ bñdicti.12.nulli hoiꝫ liceat intrare:nec poſſe licẽtiari niſi ꝑ papã.⁊c.
⁊ dubitaret aliqs qui eſſẽt illi caſus excepti ꝑ hmõi cõſtitutiones: ponent̃ hic Bñs pa-
ꝟba dictarũ cõſtitutionũ q̃tum faciũt ad hũc caſuꝫ:⁊ ſunt ſequentia. Nulli pa.12.

regulari vel laice perſone: cuiuſcunqꝫ preheminentie. dignitatis. ſtatus vel conditionis extiterit: ingreſſus pateant ad eadem ſcilicet monaſteria ſancte Clare: ſiue apoſtolice ſedis licētia ſpeciali: exceptis ſolū modo pſōis illis qbꝰ p pdictoꝝ pdeceſſoꝝ nroꝝ ordinationes. i. ꝯceſſiones: ꝛ p pdictaruꝫ monialium regulas noſcitur eſſe pmiſſum. Hec benedictus. 12. vbi ſupra.

Caſus qbꝰ licet ingredi monaſteria monialiū. Primus caſus.

CAſus aūt in quibus p regulam ꝛ cōceſſiones aplicas data eſt licētia ingrediēdi prefata monaſteria: ſūt ſequētes. ¶ In primo caſu daꝫ licētia illi cui cōmiſſa fuerit adminiſtratio ſacramētoꝝ monialibꝰ: ꝙ ſi aliqua ſoror ſeu monialis tāta fuerit corporis infirmitate detēta: ꝙ ad locutorium cōmode venire nō poſſit: ꝛ neceſſitatē habuerit cōfiteri: vel dñici corpis: ſeu alia recipe ſacramēta: exhibibiturus hmōi ſacramēta: alba ꝛ ſtola ꝛ manipuloꝝ cū duobus idoneis ꝛ religioſis ſocijs: vel vno ad minꝰ alba: vel ſaltem ſuperpellicio veſtitis ingrediantur: ac morentur induti: ꝛ audita confeſſione: vel alio tradito ſacramento: ſicut ingreſſi fuerint: ſic egrediantur induti. Nec moram faciant ibi longiorem. Caueant etiam: vt ꝙdiu intra monaſterium fuerit: nullatenus ab inuicem ſeparentur: quin ſemper mutuo poſſint libere ſe videre. Hec Urbanus in regula capitulum ſeptimum.

Additio.

¶ Quo ad iſtū primū caſum eſt aduertendū: ꝙ ſociꝰ debet eſſe clericus: ꝛ nō laicꝰ: vt expſſe habeꝫ in bulla gregorij. 9. que habeꝫ fo. 48. ꝛ fo. 131. Et idē innitiꝫ in bulla Urbani ſuprapoſita: cū dicit: ꝙ ſocius intret indutus alba ad minus. Tali aūt indumentū: ſolum cōpetit clericis: ꝛ adhuc in ſacris conſtitutis. Cōſuetudo tñ videꝫ eē in contrariū: que vtrum ſit bona ꝛ valida: aliorum ſit iudicium.

Secūdus caſus.

¶ Secūdus caſus eſt: qñ monialis vult exalare ſpirituꝫ de quo dicit Urbanꝰ vbi ſupra immediate. Sic quoqꝫ ſe habeāt in anime cōmendatione. ſ. confeſſor ꝛ ſocius vel ſocij: prout in precedenti caſu dictum eſt.

Tertius caſus.

¶ Tertius caſus eſt cum abbatiſſe ꝛ cōuentui viſum fuerit: ꝛ petierint ꝙ confeſſor ad exeqas celebrandas debeat introire. Et tunc modo ſupradicto cū duobus ſocijs intret indutus: ꝛ ſepulta mortua: cum eis exeat ſine mora. Sed ſi abbatiſſa ꝛ cōuentus hmōi ingreſſum nō petierint: dicit papa vbi ſupra: ꝙ nō ingrediatur clauſtrū ſacerdos: ſed exterius in capella quod ad officiū pertinet exequatur. Hec vrbanus. ¶ Circa hoc igitur notēt fratres ꝛ aduertant: ſi ingrediendo aliter: aut in maiori numero: euadēt excōicationē papalē: ꝛ ſimul trāgreſſionē ſue regule ſi ſint fratres minores. Nec ſufficit ad excuſandum conſuetudo in contrariū que in aliqbus partibus forte viget: qr eſt abuſus carens cōditionibꝰ requiſitis ad hoc vt conſuetudo habeant vim legis: ꝛ deroget legi rōnabili: ꝛ p maiori parte obſuate: preſertim a religioſis doctis ꝛ probis.

Quartus caſus.

¶ Quartus caſus eſt: ſi neceſſe fuerit vt igrediaꝫ aliqd ad fodiendam vel apiendā ſepulturā: ſeu poſtmodum coaptandā: ꝛ abbatiſſe ꝛ cōuentui viſum fuerit hoc ex

pediens propter imbecillitatem ſororum. quo caſu dicit Urbanus papa vbi ſupra: ſit ſacerdoti vel alicui alio ad hoc idoneo ⁊ honeſto cum vno ſocio vl duobus: licitum introire. Et hoc peracto: exeant ſine mora. prefati quattuor caſus habentur. 7. capi. regule. fo. 285. tractatu. 3. ⁊ ffo. 295. tractatu. 2.

¶ Quintus caſus eſt: ꝙ medicus cauſam multũ grauis infirmitatis: ⁊ minutor cũ neceſſitas exegerit poſſit ingredi. Qui nõ abſq; duobus ſocijs de familia monaſterij introducant̃: nec ab inuicem intra monaſteriũ ſeparentur. Hec Urbanus prefat⁹. Nũc tñ circa hoc ↄceſſum eſt ꝑ Sixtũ q̃rtũ ꝙ loco duorũ familiariũ predictorum ſufficiat ꝙ medicus ⁊ minutor aſſocient̃ a duabus vel tribus monialibus antiquis. vt habet̃ fo. 63. tracta. ꝓmo. ⁊ ffo. 67. Et. fffo. 96. Quintus caſus.

¶ Additio. Quo ad hunc caſum dicitur in quodam libello ſuꝑ hac materia edito: ꝙ cũ papa dicat ꝙ medicus poſſit ingredi cauſa multũ grauis infirmitatis: ꝙ pro leuibus infirmitatibus: aut quartana: vel alijs malis diſpoſitionibus: ſiue cauſa viſitationis: nec medic⁹ nec ↄfeſſor pñt ingredi. Et ꝙ qñ medicus cauſa multũ grauis infirmitatis ingredit̃: nõ põt ingredi cũ illo famulus ei⁹: aut alia ꝑſona: niſi ꝓut in regula ⁊ cõceſſione Sixti cõtinet̃. Dicit amplius: ꝙ ad hoc vt minutor poſſit ingredi: opʒ ꝙ ꝓus ꝑ medicũ determinet̃ fore neceſſariũ. Uel ſi aliq̃ monialis hr̃et in ↄſuetudine ſe minuẽdi aliquoties: ꝑ abbatiſſam cũ ↄſilio diſcretarũ fiat. Additio.

¶ Sextus caſus eſt: occaſionẽ incẽdij vel ruine: ſeu alteri⁹ periculi vel diſpendij: ſeu protuendis a violentia quorumlibet monaſterium vel perſonas. Sext⁹ caſus.

¶ Additio. Circa iſtũ caſum dr̃ in prefato libello: ꝙ cũ regula nõ declaret ſeu ſpecificet q̃ntum ⁊ q̃le debeat eſſe ꝑiculum aut diſpendiũ rõne cui⁹ liceat ingredi clauſurã: ꝙ debet d̾terminari arbitrio abbatiſſe ⁊ diſcretarũ. Et exẽplificat ſic. Aliq̃s malefactor fugit ad monaſteriũ monialiũ. Moniales ꝓpter ſuã honeſtatẽ volũt illũ expellere foras: ⁊ nõ ſufficiũt earũ vires: tũc poterũt intromittere tot ſeculares quot ſufficiant vel opus ſint ad illius expulſionẽ: qui poterũt impune ac licite ingredi. ¶ Item aliud exemplũ. Quedã vidua intrat religionẽ monialiũ: ⁊ poſt ingreſſum reperitur ꝙ remãſit ꝑgnãs de viro ſuo. Uenit dies partus. Talis poterit parere intra clauſurã monaſterij ſicut poſſit curari ab alia infirmitate: ac ꝑ conſequens poſſet ingredi obſtetrix ſicut ingreditur medicus. ¶ Itẽ ⁊ aliud exẽplum. Si forte tã grãdis ↄtentio ⁊ diſcordia foret inter aliquas ex religioſis: ꝙ alie moniales nõ poſſent eas pacificare: ⁊ timeret̃ mors: aut aliq̃d magnuʒ dãnum: vel ſi forte aliqua inuaderet̃ ⁊ vexaret̃ a ſpiritib⁹ malignis: ⁊ alie moniales nõ poſſent illã recolligere nec impedire a nocumẽtis inferẽdis: poſſẽt tunc ingredi illi q̃ neceſſarij eſſent ad apponẽdũ remediũ in his ⁊ ↄſimilib⁹. ¶ Quãtũ vero ad aliũ caſuʒ pricipalẽ regule. ſ. tueri illas ab aliqua violẽtia: exẽplificat̃ in ſupradicto libello: ꝙ poſſet eſſe: vt ſi aliqua deſpõſata ante cõſumationẽ matrimonij: ingrederet̃ religionẽ: ⁊ ſpõſus tñ ꝓfeſſionẽ attentaret ꝑ vim illã extraherer: ⁊ moniales non poſſent reſiſtere: tũc licitũ foret ingredi omnes illi q̃ ad reſiſtẽdũ hmõi violẽtie eſſẽt neceſſarij. Non tñ ad obuiãdũ

reformationi: ſeu correctioni ipſaꝝ monialiū. ¶Quo ad mcedēdiū aūt:nec nō quo ad alia in p̄fato caſu ꝯtenta ē aduertēdū:ꝙ hmōi ꝯceſſio non extēdit ad frēs minores:qꝛ eſt ḡnalis ⁊ ipi iuxta ſuā regulā indigēt ꝯceſſioni ſpāli:q̄ reſpectu frūꝫ hmōi obſeqꝫs monialiū deputatoꝝ dūtaxat:facta ē p gregoriū .9. quapropꝫ reliq frēs minores nō poterūt in p̄dicto caſu igredi clauſurā niſi in caſu extreme neceſſitatis: vt pote qñ nō ē ſufficiēs copia aliarū pſonaꝝ q̄ in tali caſu ſuccurrere poſſint ⁊ vellit:put ꝓpe finē hui⁹ ɔ̄cluſiōis ponit lati⁹.

Septimus caſus.

¶ **Septimus** caſus eſt:cū p aliquo ope exercēdo qđ comode extra monaſteriū fieri nō p̄ōt: neceſſitas exegerit introire. Hoc eſt cū neceſſe ē facere aliqđ opus interi⁹:⁊ ad faciēdū nō ſufficiūt moniales:nec poteſt fieri exterius.

Additio.

¶ **Additio.** Quo ad hmōi caſū dr̄ in libello ſupi⁹ allegato: hr̄e locū qñ aliqua res nimiū pōderoſa ōfferret ad monaſteriū nec poſſet introduci a monialib⁹ dādo illā a foris:nec poſſet diuidi i ptes vt in ptibus introduceret:tūc poſſet ingredi q ad hoc eſſet neceſſari⁹. Sꝫ qꝛ regula nō dicit ꝙ ingrediēti p ope exercēdo adiūgat̄ ſoci⁹:dꝫ igredi ſol⁹niſi forte ſocius ad idē op⁹ foret neceſſari⁹. Addit ampli⁹: ꝙ ſicut ſecularis pōt ingredi ꝓ ope exercēdo: ſimil'r frēs deputati ad ſeruiciū mōialiū ingredi poterūt ad dandū induſtriaꝫ in ope faciendo. Et ꝙ ſi ijdē frēs deputati ad ſ'uiciū monialiū fuerūt artificis idonei:pterūt ingredi ad laborandum in tali ope:etiā ſi iueniret artifex ſecularis. Frēs tñ nō deputati ad ſeruiciū monialium:q̄uis ſint artifices:nequibūt ingredi. Et qñ artifex fuerit ſecularis:debet ingredi abſqꝫ ſocio: vt ſupradictū eſt:quia regula illū non ꝯcedit. Ita ꝙ nec confeſſor:nec aliqs ſociorum ei⁹ pōt ingredi cū hmōi ſeculari niſi opus eſſet: vt dictū eſt ad dandū ordinē ⁊ induſtriam in opere faciēdo. Dicit inſuper:ꝙ licet de rigore littere regule poſſit frater minor ſi fuerit artifex illi⁹ operis ingredi:tamē hoc non videt̄ conforme intentioni eiuſdem littere.

Octauus caſus

¶ **Octauus** caſus eſt:ſi quis d̄ ſctē eccleſie cardinalibus ad aliqđ monaſteriū hmōi religionis aliquādo venerit ⁊ intra clauſtrum voluerit ingredi. Qui cum reuerentia quidem ⁊ deuotione ſuſcipiatur:ſed rogetur vt cum paucis ſocijs debeat introire.

Additio.

¶ **Additio.** In libello p̄allegato dr̄:intelligendū eſſe ſupradictū de cardinalib⁹ ptectorib⁹ ſolū. Sed nihilomin⁹ videt̄ certū ꝙ abſolute intelligi debeat de q̄buſlibet cardialib⁹ q̄uis ptectores nō ſint.

Nonus caſ⁹

¶ **Nonus** caſus eſt:de quo dr̄ in regula p̄dicta. Liceat q̄qꝫ ḡnali miniſtro ordinis frūꝫ minoꝝ qñ ibidē celebrare voluerit: vl' ꝓponere ſororibus ꝟbū dei:cū quattuor vel quiqꝫ fribus ipſius ordinis intra clauſurā ingredi monaſterij:ſi qñ ei videbit̄ expedire. Hec v'ba n⁹. Nullus aūt alius p̄lat⁹ eccliaſticus vel religioſus:etiā ſi ſit nr̄i ordinis:pōt igredi: niſi vt inferi⁹ ſubdit̄ in regula. ¶Alius aūt p̄lat⁹ (cui aliqñ forte de licētia ſedis aplice:vel dicti cardinalis intrare licuerit) duob⁹ vl' tribus tñ religioſis: ⁊ honeſtis ſocijs ſit contentus.

Decim⁹ caſ⁹

¶ **Decim⁹** caſus eſt:ꝙ ſi forte ꝓ cōſecratiōe vel bn̄dictione ſororū: vel in alio mō ꝯceſſum fuerit epo alicui miſſā interius

celebrare aliqñ: q̄ꝫ pautiorib⁹ ⁊ boneſtioribus ſocijs ſit contētus ⁊ miniſtris.

**Additio.** Circa hm ōi caſū dr in libello ſepius allegato: q̄ epis nō pōt dari pſata lnia niſi p ſūmū pōtificē: ⁊ nō p aliū inferiorē: etiā ſi vocati eſſent ad cōferēdū ſacrm ꝯfirmationis aliquib⁹ monialibus. Ob quā cauſam nec ipe moniales egredi pñt clauſurā: cū nō ſit ſacramentū neceſſitatis. ✠. Prefatis ſex caſus vltimi ꝯtinent in regula p Urbanū edicta. cap. 7. ⁊ habet. fo. 288. tracta. 3. ⁊ ffo. 297. tractatu. 2.

**Undecim⁹** caſus ponit i eadē regula capi. 24. ⁊ habet fo. 290 tracta. 3. ⁊ ffo. 298. tra. 2. dicēdo: q̄ viſitatores monialiū poſſint igredi ad viſitādū. Et tūc cū duob⁹ religioſis ⁊ idōeis .i. exēplarib⁹ ſocijs: ⁊ nō cū pluribus debēt ingredi. Qui vcꝫ ſocij: ſimul maneāt: ⁊ dū fuerint intra clauſurā: ab inuicē nullatenus ſeparētur. ¶ Uirtute autē hui⁹ facultatis: ⁊ hoc titulo ſolū: ingrediunt his tpib⁹ nři puīciales miniſtri in monaſterijs ſctē Clare ſuarū puīciarū: ſup quē habet gubernationē cōmiſſam a papa. Et ſimilr illi quos ipi miniſtri puīciales: aut gñalis mittūt ſuo noīe ad viſitādū moniales. ¶ Et notādū q̄ hic nō facimus mētionē licētie quā Nicholaus. 5. dedit ſutricibus monialiū ad igrediēdū clauſurā qñ reqſite ſeu vocate eēt ab abbatiſſa cū ꝯſilio diſcretaꝝ: ⁊ ad comedēdū interi⁹ in aliqbus feſtis pncipalibus de lnia puīcialis: qꝛ hoc non repit fuiſſe in vſu: nec p ꝯñs credit fuiſſe acceptatū. Que ꝯceſſio hētur fo. 49. tra. pmo ⁊ ffo. 43. Et dato caſu q̄ fuiſſꝫ acceptata ⁊ in vſu habita: reuocata ē p puiſione Leonis. 10. q̄ inferius ponet. ¶ In ſupradictis ergo caſib⁹ ꝯceſſū ē p Urbanū. 4. poſſe ingredi clauſurā monaſterioꝝ monialiū ſctē clare. ¶ Uerūtamē cū iſta ſit ꝯceſſio gñalis: q̄ nō ſufficit p fribus minorib⁹: p qb⁹ reqrit ſpālis: vt pꝫ ex textu regule ipſoꝝ: nō pñt ꝟtute illius ingredi ptatā clauſurā. Idcirco dubiū eſt qua facultate viſitatores ⁊ frēs deputati ad ſeruitiū monialium pñt ingredi clauſurā. ¶ Ad hoc rūdetur: q̄ vrban⁹ ſciēs q̄ alia via erat circa hoc pmiſſum: non ſe ſpecificauit amplius in particulari: ſꝫ ſolū ꝯceſſit: q̄ cōmiſſio facta p monaſterijs pme regule ſctē clare: extenderetur ſeu cōmunicaretur monaſterijs ſecūde regule: put in plogo dicte regule Urbani cōtinet fo. 283. tracta. 3. ⁊ ffo. 293. tracta. 2. Conceſſerat autem Gregori⁹. 9. ⁊ voluit: q̄ viſitatores ⁊ capellani ſeu ꝯfeſſores monialiū ſctē Clare eſſent frēs minores: ac p ꝯñs viſus eſt cōcedere omne qđ neceſſariū erat ad excōmunicationē ſuoꝝ officioꝝ. Uiſitatoribus. ſ. ad viſitandū. Alijs aūt poſuit caſus determinatos in qbus ingredi poſſent clauſurā: loquēdo cū monialibus ⁊ dicendo. Ueſtris pijs ſupplicationib⁹ inclinati: fratrib⁹ minorib⁹ q monaſteriorꝫ veſtroꝝ obſeqjs deputant: vt p exercēdo monaſterioꝝ ipſoꝝ ope: vel illis cōſeruandis ab incēdio: ſeu latronibus defendēdis: aut frat preſbyter cū fratrum ipoꝝ clerico maturo morib⁹ ⁊ etate p audiēdis ꝯfeſſionibus veſtris: ⁊ extrema vnctione: ⁊ alijs ſacramentis eccleſiaſticis exibēdis vobis infirmitate cogente: ac ſepeliendis corporibus decedentium ſororum: monaſteria ipa: ſm formam que in regula veſtra noſcitur contineri: ingredi valeant: liberam cōcedimus auctoritate pſentium facultatem fo. 48. tractatu. 2. et ffo. 131. Et in vltimo capitulo prime regule ſctē Clare dicit: q̄ pro confeſſione infirmaruꝫ

Additio.

Undecim⁹ caſus.

Qua auctoritate: ⁊ q̄lit miniſtri puīciales poſſint ingredi clauſurā monaſterioruꝫ.

Dubitatio.

Reſponſio.

Gregorius papa. 9.

q̄ ad locutoriū ire nō pñt: p cōicādis eiſdē: ⁊ p extrema vnctiōe: ⁊ p aīe recō mēdatiōe liceat ɔfeſſori cū ſocio itroire fo.283.trac.3.⁊.ffo.293. ¶ Sed circa ſupradicta ē notādū: ꝙ ptectores cū eēnt pncipales plati monialiū: diſpoſuerūt de viſitatiōe illaꝝ ⁊ alijs reb⁹ gubernationē ipſaꝝ ɔcurrentib⁹ illa q̄ ſuo tpe viſa ſunt expedire: extēdēdo aut reſtringēdo auctoritatē ſuoꝝ commiſſarioꝝ ad libitū ſuū: ⁊ forte nō curādo de his q̄ Gregori⁹.9. ſtatuerat: vt ſupra poſitū eſt. Inter quos ptectores ſucceſſit vn⁹ dñs Matthe⁹ appellat⁹ q volēs ſe exonerare a cura monialiū: ſubdelegauit gubernatiōez ipſaꝝ gñali ⁊ puincialib⁹ miniſtris dādo illis pmo quādā cōmiſſionē. Et qꝛ viſuz ē ei cōmiſſionē illā eſſe diminutā in aliqb⁹: dedit aliā in ſupplemētū illi⁹ vt habetur fo.33.⁊.34.⁊.35.trac.1. in qb⁹ ɔceſſit ea q̄ in hmōi cōmiſſiōib⁹ ptinent. De functo hoc ptectore expirauerūt ille cōmiſſiōes. Et ob hāc cauſaz. ſ. qꝛ iam nulli⁹ erāt valoris: nō fuerūt poſite in ſcda impſſione libri Monumēta ordinis nūcupati: lz p errorē poſite ſunt in pma impſſiōe eiuſdē libri. Ex quo ſecutū eſt: ꝙ aliq decepti ſunt volēdo ſe adiuuare pfatis cōmiſſiōib⁹: ⁊ adducendo illas ad ſuū ppoſitū: pbtim qdā in quodā libello ſeu tractatu quē circa hmōi materiā edidit. Et ꝙ p mortē ptectoris pfati expirauerint ſiue commiſſiōes: ptz qꝛ ſm iura p mortē delegātis expirat delegatio. Itē qꝛ lz ille ptector adhuc viueret: Martin⁹ papa reuocauit illas: auferēdo auctoritatez ⁊ ptātē a ptectore i hoc caſu vt hētur fo.38.trac.1.⁊ ffo.36. Idcirco ab hmōi cōmiſſiōib⁹ cauēdū eſt. ¶ Protectores aūt q pfato dño Matheo ſucceſſerūt: noluerūt facere platis ordīs ɔſilis: aut plati noluerūt eas accipe de manu illoꝝ: quapropter forte vidētes ſummi pōtificis ꝙ puiſione ptectoꝝ: ſuaꝝ cōmiſſionū nō gubernabāt recte moniales: volētes apponere remediū i hoc: cōmiſerūt on⁹ gubernationis eaꝝ ordini nr̄o minoꝝ: ſeu platis eius in gñali: ⁊ aliquorum monaſterioꝝ; per commiſſiones ſeu puiſiones ſpeciales. Talis ꝙ auctoritas quā ordo nr̄e hz ſup hmōi mōiales: nō depēdet a ptectore: ſed immediate a papa. Et ſic cum ordo habeat hāc ſpecialē commiſſionem a ſede aplica: hñt viſitatores ⁊ frēs ḋputati ad puiciū monialiū lniam ſpecialez ɔformiter ad rlaz nr̄az: ꝙ vis pfata lnia Gregorij.9. nō pceſſiſſet. Ita ꝙ per vnā viā ⁊ p aliā: viſitatores: ⁊ frēs ḋputati obſeqjs hmōi monialium: abſqz ſcrupulo pñt ingredi clauſurā ſuoꝝ monaſterioꝝ in caſibus p Gregoriū.9. ſpecificatis: vt ꝫ patuit. ¶ Circa ſupradicta tamen ⁊ inferi⁹ dicendā oportet aduertere: ꝙ poſtprefatam conceſſionem Gregorij noni: et ſufficientem ſpecificationem caſuum in quibus frēs minores licite poſſunt igredi clauſurā monaſterioꝝ hmōi: aliq ſūmi pōtifices āpliauerūt pdicta. Nā bonifaci⁹.8. ɔceſſit: ꝙ frēs mi. inuitati a platis eccliaſticis: poſſint vna cū ipſis i ſuis dioceſib⁹ mōaſteria monialiū igredi ad viſitatiōis offm̄ impēdēdū ⁊c. Et Nicolaus.5. ɔceſſit puitricib⁹ monialiū: vt ſub certo mō ⁊ certis dieb⁹ poſſent ingredi clauſurā ipſaꝝ: vt ſupi⁹ late dictū eſt. Et Alexāder.6. ɔceſſit gñali ⁊ puicialib⁹: ⁊ ɔfeſſorib⁹ p eos deputatis: vt p rōnabilib⁹ cauſis ite: dū occurrētibus: put ſm deū expedire viderēt: poſſent ſilr igredi clauſuꝝ ⁊c. Nouiſſime tñ Leo.x. iformatus ꝙ occaſione pfataꝝ ɔceſſionū: ⁊ ɔſiliū: ſeqbāt nōnulla inconueniētia: reuocauit oēs hmōi ɔceſſiōes p quodā breue vbi ſic di

De ptectoribus: ⁊ eoꝝ cōmiſſionibuſ.

Nota.

Nota bñ inſraſcripta.

cit. Lꝫ ꝑ reglaria ſcte clare: ⁊ ordis minoꝝ inſtituta: optime ꝓuiſuꝫ ſit quõ ⁊
qñ: ⁊ qua ſolẽnitate ad ipas moniales: ⁊ intra clauſurã monaſterioꝝ ipſarũ
ingrediẽdũ ſit: nihilominus in nonnullis locis cõfeſſores ⁊ rectores q ꝓ tpe
ad regimẽ ipſaꝝ ⁊ gubernationẽ deputãt: latius forte q̃ꝫ debeãt licẽtijs aplicis minus timorate impetratas: ⁊ formã illaꝝ ꝑtermittẽtes: ad eaſdẽ moniales non ſubſiſtẽte illo neceſſitatis caſu limitato: ſꝫ ꝓ quauis leui cauſa ingredi ꝑmittũt: in ipſoꝝ frm̃ aiaꝝ ꝑiculũ ⁊c. Auctoritate aplica: ſub eterne maledictionis interminatione: in v̄tute ſctẽ obie ꝓhibemꝰ: ne qs fr confeſſor ipſarũ monialiũ: aut aliqs alius frater: cuiuſcũqꝫ ꝑheminentie aut officij inter
vos ſit: ad ipſas moniales: aut in ipſaꝝ monaſterioꝝ ingredi vl intrare: niſi
in caſibus in eaꝝ rla: ⁊ iſtitutionibus ipſius ordinis vrĩ contẽtis: ⁊ quo ad
ipſoꝝ monaſterioꝝ ingreſſuꝫ editis liceat. Nec ẽt alie vtriuſqꝫ ſexus ꝑſone
ſclares: ẽt ꝑtextu cuiuſuis indulti: ẽt confeſſionaliũ: ꝑdicta monaſteria ingredi valeãt datis ãno dñi. 1514. hẽtur. ffo. 17. ¶ Itaqꝫ v̄tute huiꝰ breuis aplici reuocate ſũt oẽs ⁊ ſingle ꝯceſſiones impetrate ad ingrediẽdũ clauſurã ꝑfatoꝝ monaſterioꝝ: put ſũt ſupra poſite Bonifatij. 8. Nicolai. 5. ⁊ Alexãdri.
6. manẽtibus ſolũ in ſuo vigore conceſſionibus Gregorij. 9. ⁊ Urbani. 4.
⁊ ille q̃ poſt datã ꝑfati breuis reꝑiũt facte: put ſũt tres quas idẽ Leo ãno dñi
1517. oraclo viue vocis fecit: ⁊ ſũt ſeqntes. ¶ Primo nãqꝫ cõceſſit: q̄ ꝑlati ordinis mi. poſſint dare lñiam ſuis ſubditis intrãdi clauſurã monaſterioꝝ
ſcte Clare ad faciẽdũ ſmonẽ d el Kalẽda: dũ tñ intrãtes ſint ſenes ⁊ vite exẽplaris. Aliter. n. noluit ꝯcedere papa. ffo. 62. ¶ Scdo ꝯceſſit idẽ Leo: q̄ qñ
moniales ſcte Clare grauiter infirmãt: taliter q̄ non pñt ad cratẽ venire ad
audiendũ miſſaꝫ: poſſit illo tpe ſacerdos ꝯfeſſor eaꝝ: vel ꝑlatus ſupior introire clauſurã. infirmariã: ⁊ monaſteriũ ad celebrãdũ: ne tales moniales remaneãt ſine miſſa. dũ mõ ſacerdos ad nulla alia loca q̃ꝫ ad altare diuertat: nec
moret niſi tãto tpe q̃to idiget ad celebrãdũ: nec loquat niſi q̃tũ ẽ opꝰ i miſſa. ffo. 93. ¶ Tertio idẽ Leo ꝯceſſit: q̄ frẽs mi. vocati. rogati aut inuitati a ꝑlatis eccliaꝝ ſeu a ꝑlatis religioſis vel viſitatoribꝰ hñtibꝰ curã aliquoꝝ monaſterioꝝ monialiũ: ad hoc vt viſitẽt ꝑdicta monaſteria: vel exerceãt oĩa alia
q̃ in mõaſterijs ſibi ſubiectis exercẽt: aut ad hoc vt intrẽt cũ ipſis ꝑlatis ſiue
viſitatoribꝰ ad vidẽdũ officinas ⁊ totũ monaſteriũ interiꝰ, poſſint ſicut pñt
in monaſterijs ſibi ſubiectis: ſiue intra vel extra clauſurã viſitãdo: ⁊ alia faciẽdo: vel cũ ipſis ꝑlatis intrãdo: nõ obſtãte ꝓhibitione ſue rle: vel d̄clarationũ eiuſdẽ rle. dũ tñ ꝑdicti frẽs ſi fuerint ſubditi: hoc faciãt d̄ lñia ſuoꝝ ꝑlatoꝝ. ffo. 61. ¶ Notãdũ ẽ tñ circa oẽs caſus ſupradictos i qbꝰ ꝯcedit poſſe ingredi clauſurã q̄ ſũt erga monaſteria ſctẽ clare: vltimo dũtaxat excepto: quapropter ſi monaſterioꝝ aliaꝝ religioſaꝝ habuerint gubnationẽ: attẽdãt ad auctoritatẽ q̃ ipſis ꝯcedit in rla ⁊ ꝑuilegijs ipſaꝝ. Nã lꝫ ſit miniſter gñalis nõ
ꝑt ingredi in aliquo monaſterio religioſaꝝ alteriꝰ ordis abſq̄ ſpãli lñia pape. Idcirco opꝫ bñ aſpicere rlaꝫ ⁊ ꝑuilegia taliũ moialiũ: ne limites excedẽdo
quos ſcti pr̃es poluerũt: trãſgreſſores ſui voti efficiãt. ¶ Tãdẽ reſolutio ſupradictaꝝ triũ ꝯcluſionũ ẽ iſta: q̄ nullꝰ fr minor ꝑt igredi (abſqꝫ trãſgreſſiõe ſue
rle) in monaſterijs monialiũ cuiuſcũqꝫ religiõis: exceptis miſtro gñali: ac vi-

Caſꝰ ꝯceſſi ꝑ Leonẽ ad ingrediẽdũ ad monaſterioꝝ clauſuram.

¶ Reſolutio triũ ꝯcluſionũ ſupra poſitaꝝ.

ſitatorib⁹:ꝛ fr̄ibus deputatis ſuitio mōialiū ſctē clare i caſibus ſupradictis
Nota bene. qualificatis put i ipſis cōtinet̄:ꝛ i tribue p̄fatis p Leonē cōceſſis. Jdeo igre
di ad dādū velamē:ſeu ad vidēdū dare:aut ad pfeſſionē monialiuꝫ:ſeu ad
viſitandū ꝯſolatas vel infirmas:aut ꝯfeſſor accipiendo occaſionē intrandi
ob renouationē ſacri:vt aliquē frēm introducat ſecū:cū tñ tūc non ſit tp̄s in
quo ſm ꝟitatē deberet hoc fieri:vel ſub colore edificioꝝ ſeu alicui⁹ opis ex
ercēdi:nō hñdo illō p fine pncipali:aut carēdo arte ꝛ iduſtria ad dādū ordi
nē in hoc:ſeu qñ nō ē neceſſe ꝙ frēs dent talē induſtriā ꝛ ordinē:q2 ſufficiūt
artifices ſclares:aut moniales:vel cū abſq3 timore defectus p̄t a foris ſufficiē
ter dari forma ꝛ induſtria:aut ſub q̄buſcūq3 alijs inuētionibus, fictiōib⁹.
fraudib⁹.colorib⁹ ſeu excuſatiōib⁹:q̄uis foret i caſib⁹ ꝯceſſis. Oīa.n.hmōi
ſūt clare phibita p rl̄aꝫ nr̄aꝫ q2 vt d2 i clemētina Exiui d paradiſo:de ꝟboꝝ
ſigni. vbi aliq̄d alicui gñalr̄ phibet̄:qd expſſe nō ꝯcedit̄:intelligit̄ deligatū.

Additio. **Additio.** Jn libello ſupi⁹ allegato ponūt̄ aliq̄ notabilia circa hmōi
nr̄aꝫ:ꝛ ſūt q̄ ſequūt̄. ¶ Primū ē:ꝙ lꝫ intrās clauſurā p̄ſa
tā cū lr̄a ſufficiēti:put i caſib⁹ ꝯceſſis p rl̄aꝫ:ſeu alias ꝺbeat exire ſtati finito
Pro ſcrupu loſis. negocio p quo igreſſus ē:q̄uis tñ aliq̄ꝫtulū demoret̄:vel ſe ꝺtineat:dū tñ nō
ſit corrupta intētiōe:ꝛ quadā curioſitate circueat officinas:aut loquat̄ cum
aliq̄b⁹ monialib⁹:nō ppterea incurrit aliquā cēſurā. Verū tñ ſi corrupta in
iētione ſupradicta faceret:nō excuſaret̄ ab incurſu cēſuraꝝ. ¶ Alteꝝ notādū
eſt:ꝙ exceptis viſitatorib⁹:ꝛ fr̄ib⁹ ꝺputatis ad obſequū monialiū:null⁹ fr̄ ppt̄
aliquā cauſaꝫ p̄t ingredi clauſurā hmōi niſi in caſu extreme neceſſitatis. Vt
exēpli cauſa:ſic aliqua monialis eēt ppinqua morti:ꝛ nō adeſſet ꝯfeſſor q il
lā audiret in ꝯfeſſiōe:aut in defectū ſocij. Tūc.n. poſſit ali⁹ ſacerdos itroire:
vel ꝯfeſſor accipe aliū ſociū:ceſſante fraude. ✠. ¶ Et q2 vltra tranſgreſſionē
rl̄e:frēs minores itrādo clauſurā religioſaꝝ ſcte clare:ꝛ ſcti dñici incurrunt
excōicationē papalē:ꝛ nō ſolū ipi ſꝫ ēt q̄cūq3 alie pſone religioſe aut eccliaſti
ce vel ſclares:apponet̄ declaratio huius ſeq̄nti concluſione.

**Quarta ꝯcluſio ē:ꝙ frēs mi.in**
trādo clauſurā monaſterioꝝ ſctē clare aut ſcti dñici:abſq3 ſu
pradicta lr̄a pape:vltra trāſgreſſionē ſue rl̄e:incurrūt ipo fa
cto excōicationē papalē. Que excōicatio extendit̄ vniuerſalr̄
ad quaſcūq3 pſonas cuiuſcūq3 ſtat⁹:aut ꝯditionis exiſtant.
¶ Circa hūc ꝯcluſionē eſt ſciēdū:ꝙ lꝫ p̄fata excōicatio ipoſita eēt p papā:tñ
q2 in particularib⁹ extrauagātib⁹ ꝯtinebat̄:noticia illi⁹ nō hēbat̄ niſi ab ali
Florentinus q̄b⁹ religioſis:quouſq3 vn⁹ eoꝝ.ſ. btūs ātonin⁹ archiepus florētinus inter
alias excōicatiōes papales eā poſuit in.3.pte ſue ſūme.ti.25.c.7.dicēs ſic. Jn
trātes monaſteria monialiū ordis p̄dicatoꝝ:in caſu nō ꝯceſſo:ipo facto ſūt
excōicati:nō abſoluēdi niſi p papā. Jdē de itrātib⁹ monaſteria monialium
Angelus. ſctē clare ꝛc. poſtq̄ p̄dict⁹ doctor poſuit iſta i libro cōi:ꝛ ſilr̄ Angel⁹ ꝺ claua
ſio:ꝛ alij ſūmiſte:data eſt amplior noticia hmōi excōicationis:lꝫ tñ adhuc a
multis ignoret̄:q2 nō publicat̄ i eccl̄ijs ꝛ alijs locis publicis. Jdeoq3 q igno
rāter igrederēt̄:dū tñ nō eēt eoꝝ ignorātia craſſa:nō icurrerēt hmōi excōica

tionē: put dicit pſatꝰ florētinꝰ p hec vba. In locis vbi tales ſnie nūq̄ vl'. q̄
nūq̄ ſūt pmulgate: ſi qs itraret talia monaſterja neſciēs talē ſniaʒ eē ipoſitā:
ꝛ nō cā malefaciēdi: puto q̄ non icideret in ſniaʒ. Lʒ aūt vt inqt iſte doctor:
nulla ignorātia excuſet itrātē cā malefaciēdi: tū alij aſſerūt q̄ adhuc in iſto
caſu ſi ignorātia nō ſit craſſa: vt dictū ē: nō icurreret cēſura pdicta. Nā ppt — Nota.
exceſſū ituitiōis corrupte malefaciēdi: ſufficiēs ē pena legis diuine. ſ. peccare
mortalr: obligariq̄ʒ ad penā eternā: abſq̄ʒ hoc q̄ addat pēa legis poſitiue: q̄
trāſgrediēs ignorabat. Qui vo latiꝰ hoc videre voluerit legat Angelū i di-
ctiōe excōica. 7. caſu. 47. ꝛ Roſellā i dictiōe ignorātia. q. p totū: ꝛ ibi remiſ-
ſionē iueniet ad loca vbi origialr tractat hec materia. Igit nō curādo āpliꝰ
dicere d his q̄ tāgūt mōiales ordis pdicatoꝝ: dimittēdo frībꝰ eiuſdē ordis vt
ſua dubia examinēt: recolligēdo nos ad ea q̄ tāgūt nr̄a mōaſteria ſctē clare:
notabimꝰ: q̄ pfata excōicatio d q̄ florētinꝰ ꝛ alij locuti ſūt: poſita ē p eugeniū
4. vt hēt fo. 2. tra. 1. ꝛ. ffo. 49. ſub tenore ſeq̄nti. Eugeniꝰ eps ſuꝰ ſuoꝝ dei: — Eugenius
ad ppetuā rei mēoriā. Ad ea q̄ felicē ꝛc. Nihilominꝰ pcipiētes oibꝰ ꝛ ſinglis: — pa.4.
tā clicis q̄ religioſis: ꝛ ſclaribꝰ pſonis: cuiuſcūq̄ʒ ɔditiōis. gradꝰ. pheminē-
tie: vel dignitatis exiſtāt: ſub pena excōis: quā trāſgrediētes ipo facto icurrāt:
ꝛ aq̄ nō niſi a romāo pōtifice poſſint abſolui: pterq̄ i mortis articlo ɔſtituti:
q̄tenꝰ in pfata mōaſterja ſctē clare: nec aliq̄d ipoꝝ igredi pſumāt: pter formā
rle: ꝛ puiſionū aplicaꝝ ſup hoc editaꝝ. hec eugeniꝰ. Sʒ notādū: q̄ ſixtꝰ 4. ɔceſ- — Sixtꝰ pa.4:
ſit: q̄ ɔfeſſores nr̄i ordis poſſint abſoluere mlieres igrediētes mōaſteria hmōi:
ēt ſi malicioſe: ꝛ ex malo aīo itraſſent. fo. 46. tra. 1. ꝛ. ffo. 68. Et idē ſixtꝰ con
ceſſit: q̄ viri itrātes mōaſteria ſcē clare: ꝛ ſcīi dnici: ignorāter: ꝛ ſine dolo poſ
ſint abſolui a ɔfeſſoribꝰ mōialiū. ¶ Itē ē notādū: q̄ Grego. 9. q āte eugeniū — Gregorius
4. multis ānis pceſſit: ptulit excōis ſniaʒ ɔtra quoſcūq̄ʒ xp̄i fideles pſumē- — pa.9.
tes igredi mōaſteria ſctē clare extra caſus i rl'a ipaꝝ ɔtētos: vt pʒ fo. 48. tra.
2. ꝛ. ffo. 132. ¶ Poſſʒ ergo dicere aliqs cū iā poſita forēt excōicatio ɔtra ingre- — Obiectio.
diētes mōaſteria ſcē clare: ſupfluū fuit pmulgare iteꝝ aliā ſimilē excōicatio-
nē i eodē caſu? Ad hoc rūdet: nō fuiſſe ſupfluū: imo neceſſariū qd eugeniꝰ
fecit: q2 excōicatio p gregoriū pmulgata: nō extēdebat niſi ad mōaſteria vbi — Reſponſio.
obſuabat regula quā tunc moniales hēbant. ſ. pmam regulā quā ipſe con-
firmauerat: q2 tunc non erat adhuc alia. Et ſic monaſteria aliaꝝ religioſarū
ſcʒ ſcd̾e regule: quam edidit Urbanus poſt multos annos: non includeban
tur ſub conſtitutione ſeu puiſione Gregorij. 9. Item q2 excommunicatio
pfata Gregorij puipendebatur: q2 non erat vſu comprobata: nec acceptata: a
pauciſq̄ʒ cognita. Nondū. n. erat poſita in publico: cū in nullo libro cōi continerētur: put ſupra diximus factū de impoſita per Eugenium. Ad ſupplen-
dum igitur defectum q in prouiſione Gregorij erat: fecit Eugenius ſuā pui
ſionem gn̄alem: reſeruando ſibi ꝛ ſedi aplice abſolutionem ingredientium
monaſteria ſancte Clare: cuiuſcunq̄ʒ regule forent ſcʒ tam pme q̄ ſecunde.
Et iſtam poſuerunt doctores in ſuis libris: vt ad noticiam vniuerſoꝝ perue
niret. ¶ Utrum autem fratres minores incurrant ſimiliter excommunica- — De ingreſſu
tionem intrando monaſteria tertij ordinis: ſicut intrātes monaſteria ſancte — clauſure ter-
Clare: dubium eſt. Aliqbus vr q̄ ſic: q2 vt habetur. fo. 46. trac. 1. ꝛ. ffo. 42. — tiariaꝝ.

Eugeniꝰ.4.ſtatuit:ꝙ in om̄ibus tertij oꝛdis ſoroꝝ ꝛ monialiū collegijs: frēs minores de acceſſu ꝛ ingreſſu ſic ſe habeāt ſicut ſeruatur in monaſterijs ſan‑cte Clare. Alijs videt ꝙ non: qꝛ illud decretū Eugenij quo ad excōicationez poteſt intelligi de tertiarijs ſeruantibus clauſuraz. Tu videris.

Dubium.

CEterū quo ad excōicationē ſu‑pradictā reſultat ſequēs dubiū.ſ. an in caſu quo intrās clau‑ſurā monaſterioꝝ incurrit excōicationē: incurrāt ſimilr eam abbatiſſa ꝛ moniales apientes poꝛtā. ¶ Reſpōdet: ꝙ licet gra‑uiſſime peccēt moniales apiendo in tali caſu: qꝛ ꝑ regulā ſuā eſt ipis ꝓhibitū: ꝛ ꝑceptū ꝙ nō admittāt aliquā ꝑſonā abſqꝫ ſufficiēti lnia: ꝑ‑ſerti ſi mala intētione apiant: nō tn̄ incurrūt excōicationē: cū non ſit impoſita tali caſu. ꝓbat hec: qꝛ nō repitur aliqͦ ius cōmune: aut ꝑticulare hoc dicēs. Quicūqꝫ aūt dicit in aliquo caſu incurri excōmunicationez a iure cōmuni vel particulari: dꝫ oſtēdere tale ius: vel vn̄ dicit: cū non poſſit eſſe niſi ꝟtute ſtatuti eccliaſtici. Aliter aūt eadē facilitate ꝯtēnitur qua ꝓbat. Et facit ad hūc ꝓpoſitū qͦ dicit Scotꝰ in.4.diſ.17. cōtra gloſatoꝛē de penitē. diſ.5. q dixit in ſua gloſa: ꝙ ꝯfeſſio erat impoſita ꝑ ſtatutū ecclie. Sup quo ait Scotꝰ. Sal‑ua ſua grā: irrationabilr loquit. Turpe eſſe eni theologo dicere aliqd eſſe in biblia: ꝛ neſcire vbi illud inueniret. Et ita debet eſſe canoniſte dicēti aliqd eē ex traditione ecclie: ꝛ nō inuenire in canone. Et ꝙ nō inueniat tale canō gn̄ale aut particulare cōtra apientes. ꝛc. Patet ex hoc: qꝛ nullus doctoꝝ antiquoꝝ aut modernoꝝ facit mentionē de tali excōicatione: q̄uis puigilauerūt ꝛ labo‑rauerūt cū grādi diligētia recolligere in ſuis ſūmis ꝛ tractatibꝰ oēs excōica‑tiones q̄ ꝑ ius cōmune: ac ꝑ extrauagātes habent: vt inſtruerēt ſeu auiſarēt ꝯfeſſores ꝛ ꝯfitentes. Nec pōt dici ꝙ ſi nō poſuerūt hmōi excōicationez: fuit qꝛ neſciebāt ſtatuta ꝛ ꝑuilegia oꝛdinis ſctē Clare: qꝛ multi ex illis fuerunt re‑formatores ſeu viſitatores monaſterioꝝ dicti oꝛdis: ꝑut fuerūt auctores ſum‑marū angelice: ac roſelle: aliqꝫ q poſt illos ſcripſerūt: qbus nō licebat ignora‑re: ꝑſerti ſcribēdo in caſu ꝛ dicēdo. Excōicati ſunt intrātes monaſteria mo‑nialiū. ꝛc. clarū eſt ꝙ ꝯſciētia ipſoꝝ nō pmiſiſſet eis qui dicerēt. Et etiā excōi‑cate ſunt moniales apientes poꝛtā: ꝛ aliqͣs itroducētes in caſibꝰ nō conceſſis.

Obiectio cō tra ꝑdicta.

¶ Reſtat nūc rn̄dere quattuoꝛ motiuis: q̄ dederūt vel dare pn̄t alicui occaſio‑nē ſcrupulādi ꝛ dicēdi ꝯtrariū.ſ. ꝙ apientes incurrāt. ¶ Primū motiuū eſt dicere ꝙ gregoꝛiꝰ.9. in bulla ſupius allegata dixit: ꝙ faciētes ꝯtra cōtenta in regulā monialiū circa ingreſſū clauſure incurrerēt excōicationē. Sed q̄uis aliq ſic iſtud allegāt: nō cū ſub tali foꝛma hētur in ꝑfata bulla: imo ſubſequē‑

Reſponſio.

tibꝰ ꝟbis. Qͦ a nob oli in minoꝛi officio cōſtituti circa igreſſū eiuſdē oꝛdi‑nis: vez q quomō ꝛ qn̄ ingredi valeāt in regula dictaꝝ monialiū inſtitutuz eſſe dignoſcit: ab vniuerſis ꝛ ſingulis inuiolabilit obſuetur. Qui aūt cōtrai‑re ꝑſumpſerit: eos excōis ſentētie decernimꝰ ſubiacere. fo.48. tra.2. ꝛ ffo.132. Itaqꝫ pontifex iſte ꝑ hmōi bullā nō excōicat niſi itrātes: dūtaxat: vt ſupradi‑ctū eſt. Et dato caſu ꝙ exꝑſſe dixiſſet in illa bulla: ꝙ apientes poꝛtā: ꝛ ingredi pmittētes in caſibꝰ nō ꝯceſſis: incurrerēt excōicationē: adhuc intelligēdū fo‑

ret ꝯ monialib⁹ p̄me regule:quā ip̄e approbauerat:ꝛ q̄ tūc ſolūmō erat. ꝓbat
vnū ꝛ alterū p̄dictoꝝ p lr̄az bulle ſupi⁹ inſerte:q̄ dicit. Circa ingreſſū:vcȝ q.ſ.
intrātes.q̄mō.ſ.aſſociati.qn̄.ſ.ante ortū ſolis:aut cū alijs circūſtātijs: ſeu q̄li
tatib⁹ ſimilib⁹ ꝯtētis in p̄fata p̄ma regula. Itaqȝ ſolū intrātes:aut nō ſuātes
tēp⁹:ꝛ modū īdicta regl'a p̄ma poſita:īcurrūt excōicationē gregorij:ꝛ nō apiē
tes. Et licet exp̄ſſe poſita eſſȝ etiā ꝯtra apientes: poſſet excuſari p ignorātiaȝ le-
gitimā:cū eſſet amplior cā ignorādi: eo ꝙ nō foret publicata ſicut excōicatio
īpoſita p Eugeniū. Et adhuc nō defuit q diceret:ꝙ p̄fata excōicatio gregorij
nō eſt ꝯtra intrātes clauſurā:ſȝ ꝯtra intrātes ordinē nō ſeruata forma ibi tra
dita. Nā dr̄ in bulla. Circa ingreſſū eiuſdē ordis.ꝛc. Dato tn̄ ꝙ incurrāt in
trātes clauſurā:ſi apiētes portā nō incurrūt in excōicationē: vt ꝓbatū ē:mul
tomin⁹ incurrerēt ꝑticipātes:ꝯſiliū:auxiliū vel fauorē dādo:aut ꝑſuadendo
ingreſſū. Nā qn̄ imponit̄ excōicatio ſimplr̄ ꝯtra faciētes aliquā rē:nō habȝ
locū in ꝯſulentib⁹:put elicit̄ ex ca. Felicis:ꝛ a Clemētina ſi qs ſuadēte. ꝯ ſen.
excōis. Et ponit exp̄ſſe Angel⁹ in dictione excōicatio.7.§.7. p hec v̄ba. Utrū
ꝯſulētes vel fauorē dātes:ꝛ inducētes alios ad aliqd p̄dictoꝝ faciendū.ſ.ꝓ- Angelus.
pter qꝺ infligunt̄ excōicationes:ſilr̄ ſint excōicati? Rn̄det̄:ꝙ nō:niſi exp̄ſſe ex
p̄mant̄ etiā ꝯtra dātes ꝯſiliū.auxiliū.ꝛc. Idē pōit ſilueſtrina. Excōicatio.10.
q.4.§.3.ꝓbat hoc idē magis fundnmētalr̄ Caietan⁹ in ſūma de pctīs. Ex-
cōicatio in p̄ncipio. Et ꝯ multis q̄ circa hūc caſū illic ſcribit: ponem⁹ hic qꝺ Caietanus.
magis facit ad ꝓpoſitū. Dicit itaqȝ. Cōſules aūt aut mandās ſolū:dr̄ interp̄
tatiue facere. In cui⁹ ſignū:qn̄ canonū ꝯditor vult ꝯprehēdere nō ſolū faciē
tes:ſȝ coopantes:extēdit apponendo. Quicūqȝ:ꝛ quomōcūqȝ dederit ꝯſiliū.
auxiliū vel fauorē. Aliqn̄ etiaȝ dicit. Et qcūqȝ mandauerit.qn̄qȝ. Quicunqȝ
fuerit mediator. Ex his.n.ꝛ ſimilib⁹ appoſitionib⁹ ſignificat̄:ꝙ niſi appoſi-
tiones hm̄ōi fierent:ſoli faciētes eſſent excōicati. Et ꝓpterea opȝ lectorē:vel cō
feſſorē eſſe cautū:ne ſi preceps ad iudicandū coopatores excōicatos. Legat di
ligent̄ igit̄ v̄ba text⁹:ſeu ſnīe:ꝛ videat quas actiones excōicat:ꝛ ſolus faciētes
illas actiones indicet excōicatos:niſi ſint etiā excōicati dantes ꝯſiliū. auxiliū:
vel fauorē.ꝛc. Et lȝ q̄ſtū ad pctūȝ agentes ꝛ coopantes peccēt:ac deū offendāt
plus minuſue:ſm̄ qꝺ fuerūt cā pctī. Iuxta illud apl'i ad Ro.p̄mo. digni ſūt
morte:non ſolū q agūt:ſȝ etiaȝ q conſentiūt:tn̄ quo ad excōicationē eccleſie: il
li ſolū ꝯprehendunt̄ q ab imponēte exp̄ſſi ſūt. ¶ Non curam⁹ nūc dicere q̄lit̄
aperiens poſſet incurrere excōicationē:aperiendo ſcꝺo illi q p̄mo intraſſet in
caſu non ꝯceſſo:anteq̄ȝ talis eſſȝ abſolut⁹ a p̄ma excōicatione:nā hoc non eſſȝ
directe ratione aptionis:ſȝ participationis in crimine cū criminoſo: ꝓpterqꝺ
iam erat excōicat⁹. Hoc.n.gn̄ale eſt in quocūqȝ participante in crimine cum
illo q taliter eſt excōicat⁹. ¶ Alteruȝ motiuū ſcrupuli ſupradicti potuit̄ naſci
de v̄bis q̄ dixit illi dn̄s Matthe⁹ ꝓtector:de quo ſupius fecim⁹ mentionē.
Dixit.n.in ſcꝺa cōmiſſione:q̄ habet̄.fo.35.tra.p̄mo. ꝯcedim⁹ etiā poteſtatem
abſoluēdi modo p̄miſſo:abbatiſſas.ſorores:ꝛ ſeruiciales monaſterioꝝ ordi-
nis dicte ſancte:q̄ alias admiſerunt ꝑſonas extrinſecas p modū non licituȝ:
vel in caſibus non ꝯceſſis. ¶ Ad hoc rn̄detur:ꝙ dato caſu ꝙ ex p̄fatis ver- Reſponſio.
bis inferretur eſſe excōicatas abbatiſſaȝ ꝛ moniales apientes:qꝺ tn̄ nō ē veꝝ.

q꞉ non ſequit᷑. Prelatus dat auctoritatē ad abſoluendū ab excōicatione illos
q̄ non interfuerūt matutinis: ergo nō intereſſe matutinis incurrerūt excōica-
tionem. Itaqꝫ dato caſu ꝙ ſic intelligeret᷑: ſolū cōprehendebat moniales pri-
me regule ſctē Clare: q꞉ vt dictū eſt grego. 9. nō poſuit excōicationē ꝑ mona-
ſterijs alterius regule. Nā excōicatio Eugenij poſt multa tēpora p̄dicti Mat-
thei ꝓtectoris impoſita eſt. ¶ Concludimꝰ igit᷑: ꝙ dicta excōicatio impoſita
ꝑ Gregoriū: ⁊ multo minus alia impoſita ꝑ Eugeniū: nō ligat moniales ape-
riētes extra caſus cōceſſos: nec dictꝰ ꝓtector tale q̄d dixit. Et licet expreſſe di-
xiſſet: cum nō haberēt fundamētū: erat nullius valoris ſuū dictū: ex quo nul-
Alia obiectio. lus ſcribentiū de tali excōicatione fecit mentionem: ꝓut in primo motiuo di-
ctū eſt. ¶ Tertiū motiuū predicti ſcrupuli potuit hr̄e ortum ex quodā dicto
Florentini. 2. pte. ti. 5. cap. 8. §. 3. vbi ait. In omnibꝰ pene dioceſibus eſt ſentē-
tia excōis lata ꝯtra ingrediētes monaſteria monialiū ſine cauſa neceſſitatis:
cōtra laicos. clericos ⁊ religioſos: in quā incurrunt ⁊ ipſe moniales: ſi extra
Reſpōſio. caſum nō cōceſſum ꝑmittūt intrare. ¶ Sed iſtud nihil facit ꝓ caſu ad quem
allegatur: q꞉ Florentinꝰ nō dicit ꝙ habet᷑ talis excōicatio: ſed premonēdo vel
auiſando vult dicere: ꝙ fere in oībꝰ dioceſibꝰ ſolet poni ꝑ dioceſanos epōs.
Et dato ꝙ ita eſſet verū: quot in hoc epātu. n. eſſet poſita: quid facit ad caſum
monialium que nequeūt excōmunicari niſi auctoritate apoſtolica: vel a ſuis
prelatis? Preſertim: ꝙ adhuc moniales monaſteriorū ſubiectorū dioceſanis
non cōprehenderet excōicatio poſita ꝑ epōs: dicendo ſolum quot ingredien-
tes monaſteria. ⁊c. vt ſupra. ſint excōicati: niſi expreſſe adderetur in ſtatuto: ⁊
moniales ipſis aperiētes: ꝓut in ſupradicto primo motiuo de cooperantibꝰ:
Ultima obiectio. plene declaratū eſt. ¶ Quartū motiuū ad idē eſt: quedā cōſtitutio in capitulo
generali Burdegalēſi ānno dn̄i. 1520. facta tenere ſequēti. Si abbatiſſa ⁊ ſoro-
res aliquam ꝑſonā introduxerint: preterq̄ in caſibus cōceſſis in regula apo-
Reſponſio. ſtolicis ſubiaceāt cenſuris. ¶ Iſtud eni facit minꝰ ad ꝓpoſitū q̄ reliqua ſu-
pradicta: q꞉ hic capitulū generale nō ponit excōicationem: ſed. q. premonēdo
dicit. Scitote ꝙ incurretis excōicationes aplicas impoſitas cōtra intromit-
tentes aliquas perſonas clauſurā monaſteriorū: ſubintelligendo: ſi forte alīq̄
talis excōmunicationis inueniant᷑. Fuit nāqꝫ iſtud potius ad incutiendum
timorē q̄ ad augendū penā aliquā: cū ſecundū veritatem tales excōmunica-
tiones nō ſunt impoſite: ſicut plene in primo motiuo ſupradictū eſt. Et dato
caſu ꝙ expreſſe in dicto caplo generali ꝑ cōſtitutionē impoſita eſſet excōmu-
nicatio: nullius vigoris iam eſſet poſtq̄ bis facte ſunt cōſtitutiōes generales
ꝓ toto ordine. ſ. in caplo Burgenſi: ⁊ in caplo Aſſiſij. Nō tamen ꝓpter hoc
negamus nō eſſe poſſibile ꝙ in aliquo monaſterio particulari: aut in aliqua
religione monialiū ſit impoſita excōmunicatio cōtra moniales aperiētes por-
tam: ꝓut expreſſe cōtinetur in regula monialium cōceptionis beate virginis
cōtra intrātes: ⁊ aperientes in caſibus nō licitis. Et ſimiliter in monaſterijs q̄
talem excōmunicationē non habent: poſſunt eam imponere prelati moniali-
bus ſibi ſubditis: ſi neceſſitas adſit: vel aliqua cauſa rationabilis. ¶ Rema-
Reſolutio. net igitur cōcluſum: ꝙ ſolum intrātes clauſurā monaſteriorum ſancte Cla-
re: ⁊ ſcti Frācī: ac ſororū tertij ordinis: ſꝫ opinionē ſecuriorē: aut vbi de nouo

